

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja krakowska.**

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. BN 12607 III, k. 15ra–62ra

Odczyt: Maciej Mięka

Tekst Weichbildu w manuskrypcie BN 12607 III spisany został jedną ręką, ponadto wskazać można wielu komentatorów tekstu. Rejestr artykułów zamieszczony został na początku i obejmuje Zwierciadło saskie oraz ortyle magdeburskie. Zawiera albo streszczenia albo początkowe frazy z artykułów, po czym czerwonym inkaustem podana została karta, na której znajduje się dany przepis. Zasady sporządzenia rejestru zawarte zostały w poprzedzającym go wprowadzeniu. Rejestr opatrzone został licznymi notami. Mimo że zostały wprowadzone przez kilku użytkowników, jeden z nich (oznaczony jako B) w istotny sposób rozbudował jego treść – niejednokrotnie zaczynając frazę et ibidem tuż pod komentowanym przepisem, informował o regulacjach, których nie zapowiedział pierwotny autor rejestru. Dwuszpaltowy staranny tekst sporządzony został przez innego pisarza niż dołączony później rejestr artykułów. W tekście głównym inicjały wprowadzone zostały czerwonym inkaustem. Niektóre artykuły względem rękopisu gnieźnieńskiego są podzielone lub połączone.

Uwagi do rąk pisarskich rejestru artykułów.

Użycie różnych materiałów pisarskich, konieczność wprowadzania not na ograniczonej powierzchni, a zwłaszcza ich lapidarność utrudnia pewną identyfikację rąk pisarskich komentatorów. Notatki na rejestrze artykułów wprowadziło kilku użytkowników. Proponowana identyfikacja ma charakter orientacyjny – niewielki materiał unimożliwia niewątpliwe grupowanie rąk pisarskich.

A – autor podstawy

B – pismo drobne i staranne, gęste

C – wysokie, lekko pochyle litery, charakterystyczne pochyle w lewo ‘d’, wadliwe narzędzie pisarskie wymaga poprawek, inkaust bledszy niż czerń tekstu głównego

D – pismo kształtne, staranne, inkaust bledszy od tekstu podstawy

E – ciemny inkaust, pismo mało staranne

F – pismo kanciaste, cienkie pióro, ciemny inkaust

G – cienkie narzędzie pisarskie, jasny inkaust, wpis pełny światła

H – bledy inkaust, grube narzędzie pisarskie

X – wpis niezwiązany z Weichbildem

Uwagi do rąk pisarskich notatek przy tekście głównym.

Przy tekście Weichbildu odnotowano blisko 50 wpisów, które można zakwalifikować jako noty marginalne. Niestety ich lapidarność utrudnia a nawet niekiedy uniemożliwia

jednoznaczną identyfikację rąk pisarskich. Stąd zaproponowano utożsamienie fraz, które niewątpliwie wyszły spod tych samych rąk pisarskich.

α – pismo wyraźne mało staranne, inkaust bez cech szczególnych, wielkie Q oraz wielkie S składają się z kilku połączonych elementów; podobne do ręki B w rejestrze artykułów

β – staranny dukt, jasny inkaust, proste litery

γ – mniej staranny dukt, jasny inkaust

δ – pismo wyraźne, grube narzędzie pisarskie, inkaust niedostatecznie pokrył papier dając wrażenie wymazywania tekstu

ε – ciemny inkaust, kształtne litery z tendencją do zaokrągleń

ζ – ciemny inkaust, grube narzędzie pisarskie, brak zaokrągleń

η – pismo wyraźne, ciemny atrament, drobny dukt

Rejestr i rubryki artykułów

[k. 15ra] <Iudex Iudicium Clerus Sponsalia Crimen I a> b- Incipitur registrum super corpus iuris et scias, quod per hunc modum debes invenire quodlibet capitulum primi, secundi, terti et quarti libri, primo pro lege incipium capituli secundum, quod hic habetur et post hoc vide numerii folii et in quo folio invenias numerii in eodem folio erit capitulum etc.^{-b}

^a na górnym marginesie ręką X tytuły pięciu części Dekretów Grzegorza IX; ^{b-b} czerwonym inkaustem

[1] Cesar Octo. Hoc capitulum est primum libri huius et tractat de consulibus super quid habent potestatem iudicandi et alia faciendi. Require in primo folio primum libri.

[2] Qui penestici vocantur. Hoc capitulum tractat de penesticis. Require in primo folio primum libri. <Ibidem qui statum civitatis infregerit a>

^a na lewym marginesie ręką B

[3] Si metrare aut alie measure. Require in primo folio primi libri.

[4] Ille supremus iudex hoc capitulum tractat de tribus legalibus iudiciis et sic de aliis. Require in primo folio primi libri.

[5] Stuprum, obsidium et irruencias domiciliorum. Require in secundo folio primi libri.

[6] Scultetus etiam habet tria iudicia legalia. Require in secundo folio primi libri. <Ibidem de penis a>

^a na lewym marginesie ręką B

[7] Quotsi homo vulneratus fuerit si clamorem peoclamaverit et si ceperit. Require in secundo folio primi libri. <de vulneribus cum clamore a>

^a na lewym marginesie ręką B

[8] Si quis fideiusserit aliquod iudicio pro aliquo |j^a| adiutorio presentare ex parte homicidii. Require in secundo folio primo libri. <de fideiussoribus b> <Rarum c>

^a skreślenie ręką A; ^b ręką C; ^c ręką E

[9] Si contingerit criminale nephas aut conflictus. Require in secundo folio primi libri. <de criminalibus a>

^a ręką B

[k. 15rb] [10] Nec castellano nec sculteto tenetur scabinus sententiam aliquam extra veros dies iudiciales diffinire, nisi sit factum manifestum. Require in secundo folio primi libri.

[11] <Ille dicitur hospes *a*> Ille dicitur esse hospes, qui ultra undecim miliaria extra iudicium habuit mansionem. Require in tertio folio primi libri.

^a ręką B

[12] Quotsi vir vulneratus fuerit et eadem die iudicium non quaserit, et sua querimonia pernoctaverit. Require in tertio folio primi libri. <Sed si vir vulneribus *a*>

^a ręką H

[13] Stuprum et obsidium, et irruentia domicilia burgravius iudicat nec alter ullus. Require in tertio filio primi libri. <domo irruentia *a*> <stuprum et obsidium *b*>

^a ręką C; ^b ręką H

[14] Quicumque vulneratus fuerit si clamorem proclamaverit et ad iudicium devenit de quocumque querulatur. Require in tertio folio primi libri. <Quicumque vulneribus *a*>

^a ręką B

[15] Obligat aliquis mercimonia aut alia bona mobilia pro debito ex parte iudicii. Require in tertio folio primi libri. <de obligationibus *a*>

^a ręką C

[16] Nullus eciam hospes ab alio advena et contra indiget pignus recipere. Require in tertio folio primi libri.

[17] <De successione bonorum hereditarium *a*> Si aliquis ducit uxorem et si vir de hac luce decedit, uxor nichil habet in suis bonis. Nulla mulier potest iure provisione. Quod si sibi maritus mulieri nichil in suis bonis dederit si vi oves habuerit. Et si pueri. [k. 15va] <Si aliqui pueri fuerint exhereditati *b*> vellent dotalicium mulieri infringere servare. Si vir pueros habuerit aut mulier quecunque ex eis exhereditati. Require quarto folio primi libri. <Et ibidem de dotalicio *c*>

^a ręką C; ^b ręką E; ^c ręką B

[18] Deservitum precium rationale debitum debent solvi de bonis mortui viri pro dotalicio. Require quarto folio primi libri.

[19] Quando alicui sua possessio publicata fuerit iuste ac iudicialiter. Require quarto folio primi libri.

[20] <Quidquid oppositum habes, ibi conqueritur x capitulo a> Quidquid masculus dat sub banno si possidebit pacifice <anno dieque a> ac quiete absque contradicione. Require quarto folio primi libri. <Ibidem quod si scabini mortui fuerunt a>

[21] <Nemo a> Nemo masculus nec ulla mulier potest in lecto egritudinis de suis bonis. Require quarto folio primi libri

^a ręką B

[22] <Quando sit defectus in legitimis successoribus a> Quod si hereditas in fratribus seu sororibus defectum habuerit. Require quinto folio primi libri.

^a ręką C

[23] Qui autem in possessione si bene sacerdos sit aut manserit tamen supplectilia. Require quinto folio primi libri.

[24] <Quidquid masculus a> Quidquid masculus dat in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Require in quinto folio primi libri.

^a ręką B

[25] <Quicumque a> Quicumque aliquem coram iudicio pro debito impulsaverit. Si autem querimonia. Require in quinto folio primi libri. <Ibidem de penis cum debitum non solverit b>

^a ręką B

[k. 15vb] [26] <Limina sanctorum a> Si aliquis ad limina sanctorum aut ad. Require in quinto folio primi libri.

^a ręką C

[27] <Si uni a> Et si uni viro testimonium adiudicatum fuerit inducias. Require in quinto folio primi libri. <de testimonio b>

^a ręką E; ^b ręką C

[28] Quicumque scabino in scampno iudiciali inproperaverit aut turpibus verbis. Require in quinto folio primi libri. <de scabini et eciam XXVI a>

^a ręką B

[29] <de concordia a> Quando concordia inter discordantes ordinate fuerit coram iudicio. Require in quinto folio primi libri.

^a ręką C

[30] Ubi concordia et fremitus diuturnus coram iudicio confirmata fuerit. Require in
└quinto ^a┘ VI folio primi libri.

^a skreślone przez pisarza A

[31] <famulus ^a> <merces famulorum ^b> Et quivis vir potest filium suum ter excipere. Et famulus
potest mercedem suam promeruit quoque soli etc. Require in sexto folio primi libri.

^a ręką E; ^b ręką C

[32] <donum ^a> Donum quod mulieri vel viro datum fuerit in iudicio bannito. Si moritur
femina absque herede. Require in sexto folio primi libri. <Ibidem de argento informato et de pulmentaris
^b>

^a ręką B

[33] Ista sunt que ad hereditatem pertinent. Require in sexto folio primi libri. <Ista sunt que
pertinet ad hereditatem ^a>

^a ręką E

[34] <De vulneribus per totum ^a> Vulnerat quis alium vitam suam defendendo. Require in
septimo folio primi libri. <et ibidem de pernottacione ^b>

^a ręką E; ^b ręką B

[35] Quod si se duo mutuo vulneraverit. Require in septimo folio primi libri. <Sequitur de
vulneribus per totum ^a>

^a ręką E

[k. 16ra] [36] Quod si querimonie duorum virorum dilate fuerunt in iudicio bannito
coram iudice. Require in septimo folio primi libri.

[37] <de vulneribus ^a> Ut si se duo mutuo vulneraverint equaliter et querulantur
equaliter. Require in septimo folio primi

^a ręką C na górnym marginesie, przy przepisie znak odesłania +

[38] Quod si se duo mutuo vulneraverint equaliter, ex hiis unus vadet ad iudicem.
Require VIII folio primi libri.

[39] Si aliquis detinet hunc, qui ipsum vulneravit in facto recenti. Require VIII folio
primi libri.

[40] Quod si se duo mutuo vulneraverint cultello unus alter gladio. Require octavo
folio primi libri. <Si duo se vulneraverint ^a>

^a ręką F

[41] Etiam si alter alterum vulneraverint et causam suam pernoctaverint. Require octavo folio primi libri.

[42] Si duo vulneraverint se et ambo coram iudicio compareant. Require nono folio primi libri.

[43] Si vulnerat vir alterum et si caucionem fideiussorie fecerit usque ad iudicium. Require nono folio primi libri.

[44] Si se duo mutuo vulneraverint et ambo coram iudicio comparant. Require nono folio primi libri.

[45] Si vir equum vendiderit promittere debet. Require nono folio primi libri.

[k. 16rb] [46] Si vir clara luce diei deprehensus fuerit qui bone fame. Require decimo folio primi libri.

[47] Conqueritur vir super alterum pro bonis, quod suam sit vera hereditas. Require X folio primi libri. <pro bonis hereditariis optimum a>

^a ręką C

[48] Si homo habuerit hereditaria censualia et bona a quodam monasterio. Require X folio primi libri.

[49] Si vir debet producere testimonium super proprium. Require X folio primum libri. <de testibus et producendo a>

^a ręką C

[50] Si aliquis debet persoluta debita probare. Require X folio primi libri. <Si vir debet persoluta debita probare a>

^a ręką E

[51] Si vir ducerit uxorem viduam, que unum aut plures pueros habuerit. Require X folio primi libri. <Si vir ducerit uxorem viduam a>

^a ręką E

[52] Si aliquis vir dederit sub pueris aliqua sua bona et sue uxori in iudicio bannito circa vitam suam et bone racionis. Require XI folio primi libri. <Si quis aliquid in iudicio dederit a>

^a ręką C

[53] <Si vir *a*> <Ibidem habitur quod vir censualia bona non potest dare *b*> Si vir sue uxori sua edificia dederit, que super bona censualia edificia sunt coram domino proprietatis et coram suis vicinis tempore sue vite. Si vir mercimonia aut mobilia. Require XI folio primi libri. <Bona censualia non potest dare sine legitimis successoribus *b*>

^a ręką C; ^b ręką B

[54] Ubi alicuius monasterii obnoxious suam penam demeretur. Require XI folio primi libri.

[k. 16va] [55] <Si moritur vir *a*> <De successione *b*> Si moritur vir absque herede et nepotem ex filia habuerit que exhereditata fuit. Require XII folio primi libri. <Ibidem stat Si pater filium a se dimiserit, extunc filii filiorum et filiarum recipient equalem divisionem *c*>

^a ręką E; ^b ręką C; ^c ręką B

[56] Si unus abtestari voluerit alteri manum suam. Require XII folio primi libri.

[57] Cum moritur vir, qui pueros habuerit, qui ad annum discrecionis non dum pervenerint. Require XII folio primi libri. <Cum moritur vir *a*>

^a ręką E

[58] Omnes querimonia ac testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium in facto manifesto deprehense. Require XII folio primi libri. <Omnes querimonia quod vinci debet in facto manifesto et in secundo li[bro] clxiiii *a*>

^a ręką B, znak krzyża

[59] <de vulneribus *a*> Si vulneratus vir ad iudicium deductus fuerit cum clamore in facto manifesto et si ita inbecillis aut debilis fuerit, quod per tutorem querulari oportet. Require XIII folio primi libri. <Ibidem de prescriptionibus et eiam quod propositio debet transferre *b*>

^a ręką C; ^b ręką B

[60] <De furtis; Quando vir furem *a*> Quando vir furem aut spoliatorem protestare voluerit, qui cum manifesto facto ad iudicium cum clamore productus fuerit. Require XIII folio primi libri. <Ibidem quod circa factum manifestum oportet homo iurare methseptimus *b*>

^a ręką C; ^b ręką B

[61] Sic stat Cunradus et conqueritur super Heynricum. Require XIII folio primi libri.

[62] Si mulier recipit suppellectilia, ad que spectant oves et modele, et omnia cibaria. Require XV folio primi libri. <Et ibidem quod mulier debet de eodem suum stratum *a*>

^a ręką B

[k. 16vb] [63] <Qui monomachaliter suum salutare ^a> Qui monomachaliter suum equalem salutare seu alloqui voluerit hunc iudicem petere oportebit. Require XV folio primi libri. <Ibidem de satisfacionibus alias gwär ^b>

^a ręką E; ^b ręką B

[64] Qui vitam aut manum pecunia eximerit, quod iure meruerit. Require XVII folio primi libri. <Ibidem de periurio, qui est perluens ^a>

^a ręką B

[65] <de fideiussoribus ^a> <Qui eciam fideiusserit ^b> Qui eciam fideiusserit viris unum pro scelere ad statuendum. Require XVII folio primi libri. <Ibidem quod nemo debet proscribi, nisi sibi vadetur ad vitam ^b>

^a ręką C; ^b ręką E; ^c ręką B

[66] <Quod pertinent ad arma bellica et quod ad suppellectile ^a> Mulier pro armis bellicis dare debet gladium mariti vel suum etc. Require XVII folio primi libri. <Et ibidem senior dividit et iunior eligit ^a>

^a ręką B

[67] De qua sententia prius requiritur de hac prius diffiniri debet. Require XIX folio primi libri.

[68] In omni loco iuris est, ut iudex iudicet cum sententiis. Require XIX folio primi libri.

[69] <fideiussoria ^a> <Si vir pro pecunia aut pro debito ^b> Si vir pro pecunia aut pro debito fideiussor fuerit et idem vir moritur. Require XIX folio primi libri.

^a ręką C; ^b ręką B

[70] <si vir †pro partem† aut cum fustibus ^a> Si vir cum fustibus aut baculis percussus fuerit. Require XIX folio primi libri. <Si vir cum cum fustibus percussus ^b>

^a ręką E; ^b ręką C

[71] Si hereditas mortaliola [s] sue heredi inventa fuerit. Require XX folio primi libri.

[72] Si vir occisus fuerit, qui pueros tres aut plures habuerit. Require XX folio primi libri.

[73] Si eciam iuramenta promissa venerint super diem ligatum. <de iuramentis ^a>

^a ręką B

[k. 17ra] [74] <de expensis in lite factis a> Si aliquis arreat equum et dicit, quod sibi sit subtractus aut eo sit spoliatus. Require XX folio primi libri. <de furtis aut spolio equorum et ibidem de expensis sin in lite factis a>

^a ręką C

[75] Quando iudex suam extorquet penam ulterius nec aliquam aliam super hanc potest extorquere. Require XX folio primi libri.

[76] Si vir vulneratus aut trucidatus fuerit. Require XXI folio libri primi.

[77] Et si vir proscriptus fuerit |ad ^a| aut ad sententiam mortis iudicatus. Require XXI folio libri primi.

^a skreślone przez pisarza podstawy

[78] <Quando puer duodecim annorum fuerit a> Quando puer duodecim est annorum, tunc potest eligere pro sua voluntate quem voluerit pro tutore. Require XXI folio primi libri.

^a ręką B

[79] Si vir moritur, qui habet pueros. Require XXI folio primi libri. <Si vir mo[r]itur ^a>

^a ręką D

[80] Si vir alloquitur aliquem, qui prius sit illiber. Require XXI folio primi libri.

[81] <Expenses si quis comederit a> <post sequitur capitulum si quis expensas aput aliquam comederit sive habuerit b> Si aliquis super aliquem conqueritur pro debito aut pecunia ludo taxillis acquisitam. Require XXI folio primi libri.

^a ręką C ze znakiem wstawienia +; ^b ręką G

[82] Qui se extraxerit a descriptione et solutus iudicatus fuerit. Require XXI folio primi libri.

[83] <Si servus deservitu a> Si servus deservitum precium super <super> dominum obtinuerit. Require XXII folio primi libri.

^a ręką C

[84] <Cum testibus debitum a> Si vir conqueritur super alterum pro suo debito cum testibus. Require XXII folio primi libri.

^a ręką B

[k. 17rb] [85] <De satisfacione a> Si vir super virum conquestus fuerit et satisfacionem petit. Require XXII folio primi libri.

^a ręką F

[86] <de furtis et aliis criminibus ad vitam transferentibus a> Omnis querela que ad iudicium pro capitali crimine in facto manifesto deducta fuerit, debet conqueri cum clamore. Require XXII folio primi libri.

^a ręką D

[87] In iudicio burgravii <de magnis iudiciis a> Maydeburgensi <In iudicio burgrawii b> potest vir pro debito bene querulari. Require XXII folio primi libri.

^a ręką C; ^b ręką F

[88] Iudex debet iudicium exercere et de eo temptare cottidie in vero iudicii loco. Require XXIII folio primi libri.

[89] Si viro sua bona publicata seu fiscata fuerint. Require XXIII folio primi libri. <Ibidem habes quod debes ibi manere talibus diebus et talibus noctibus comedere et bibere a>

^a ręką B

[90] <Si vir alloquitur a> <de furtis b> <et ibidem de arastacione [s] equorum c> Si vir alloquitur bona vel pannos aut quitquam suarum rerum fuerit. Require XXIII folio libri primi.

^a ręką D; ^b ręką C; ^c ręką B

[91] Si vir super virum conqueritur pro ~~duo^a~~ debito manu mortis et ipsum informari voluerit. Require XXIII folio primi libri. <post mortuam manu b>

^a skreślone przez pisarza podstawy; ^b ręką E

[92] Si vir cum scitu ad instanciam contra alium se exhibuerit et alter voluerit aut spreverit. Require XXIII folio primi libri. <de vulneribus a> < se defendit b>

^a ręką C; ^b ręką G

[93] <ubi femina vinci potest et quando eam nemo vincere potest a> <de vulneribus ubi femina vi[n]cere potest b> Si femina deprehensa fuerit in facto manifesto in homicidia aut vulneribus duello dignis. Require XXIII folio primi libri. <et ibidem quod non, nemo eam vincere potest c>

^a ręką D; ^b ręką G; ^c ręką B

[94] <Si vir duplic[es] pueros habue[rit] a> <Ubi duplices pueri sunt; de sucesione b> Si vir duplices pueros [k. 17va] habuerit et pueros antea exradicavit. Require XXIII folio primi.

^a ręką D; ^b ręką C

[95] Si vir scabinum in campno incidenter in iudicio bannito increpaverit. Require XXV folio primi libri. <de eodem in quinto folio a>

^a ręką B

[96] Si super virum querimonia facta fuerunt [s] pro homicidio aut vulneribus et ipse se acomodaverit circa suam hereditatem. Require XXV folio primi libri.

[97] Si casu contencio oritur clara die, si probus vir pro eo accusetur. Require XXV folio primi libri.

[98] Quem vir provocato rogaverit. Require XXV folio primi libri.

[99] Et quando vir moritur, tunc uxori debent dare et suppellectilia. Require XXV folio primi libri. <et ibidem de exacione civitatis a>

^a ręką B

[100] Ubi etiam vir iuramentum promiserit coram iudicio pro enormibus verbis. Require XXVI folio primi libri. <Ibidem quod iudex debet dare secundum voluntatem ad dimittendum iuramenta a>

^a ręką B

[101] Quando pupilli suum verum tutorem non poterint habere. Require XXVI folio primi libri. <extunc modo tenentur respondere pro dictis bonis ad annos discrecionis a>

^a ręką B

[102] Si vir super alterum conqueritur, quod sibi aliquid abedificavit. Require XXVI folio primi libri. <Si quid uni abedificatur a>

^a ręką D

[103] Eo usque cives Maydeburgenses veram accionem aut responsionem. Require XXVI folio primi libri.

[k. 17vb] [104] Nullus alterum impedire debet coram iudicio. Require XXVI folio primi libri. <De impedimentis iudicialibus a> <de impedimentis in iudicio b>

^a ręką G; ^b ręką B

[105] Nunc attendatis super eo, si scultetus aliquem impedierit. Require XXVI folio primi libri. <Ibidem de recompensa hominum in fine a>

^a ręką B

[106] Nunc de advocato attendatur, si non iuste iudicaverit cum sibi quaerulatur. Require XXVI folio primi libri. <de advocato ^a>

^a ręką C

[107] Insidias et stupra, et domorum irruenciam burgravius iudicat. Require XXVIII folio primi libri. [^a]

^a ręką E: bonorum iruenciam

[108] Si aliquis alteri fecerit domorum irruenciam die ac nocte. Requiri XXVIII folio primi libri. <domorum irruentia ^a> <Si quis fecerit domorum ^b> <Si quis fecerit domorum ^c>

^a ręką C; ^b ręką F; ^c ręką E

[109] Et si vir suam promiserit |~~te^a~~| tenere querelam. Requiri XXVIII folio primi libri.

^a skreślone ręką autora podstawy

[110] Si vir querulatur super alterum pro debito, quod sibi pro sue parte teneatur. Requiri XXVIII folio primi libri. <post mortuam manum debitum parti ^a>

^a ręką G

[111] Si quis equum aut canem habuerit vel aliquod pecus. Requiri XXVIII folio primi libri. <Si quis equum ^a>

^a ręką E

[112] Si quis spoliaverit suos civitatum, qui proprium aut feodum vel hereditatem habuerit. Require XXIX folio primi libri.

[113] Hoc est illud iudicium et iuramentum pro quod vel cum quo Iudeus iurare debet sue evader. Require XXIX folio primi libri. <Iuramentum Iudeorum ^a>

^a ręką C

[k. 18ra] [114] Nunc placeat audire et intelligere quod presens scriptum informat ex relazione primo de imperio. Require XXX folio primi libri.

[115] Nunc audire intelligere potestis, quod principibus et baronibus et his omnibus, qui digne nomine sortiuntur. Require XXXI primi libri

[116] Nunc attendatis quis cesarem iudicare debet. Require XXXI folio primi libri.

[117] Extunc mercatores dicebant ad cesarem, quod libentur scire vellent, in quo permanere possent. Require XXXI folio primi libri.

[118] Nunc attendatis de civitate Maydeburg cum primo Maydeburg locata fuerit. Require XXXII folio primi libri. <et ibidem quam advocatus non debet iudicare sine scabinis a>

^a ręką F

[119] Nunc attendatis de Hallis ubi ius suum querere debent. Require XXXIII folio primi libri.

[120] Nunc attendum est, si Maydeburg sententia reprobaretur. Require XXXIII folio primi libri.

[121] Nunc attendatis de pallaria, per quem modum ipse pallaciam fecerit. Require XXXIII folio primi libri.

[122] Et cum sententia ante pallatiam fuerit data. Require XXXIII folio primi libri.

[123] Nunc attendatis quantum plus dare oportet. Require XXXIII folio primi libri. <Ibidem habes de scabinis et eorum emendis a>

^a ręką B

[k. 18rb] [124] Nunc dicere volo nobis de pallacia, quod illa debeat conveniri. Require XXXIII folio primi libri.

[125] Scultetus de Maydeburg debet recipere literam civitatis cum sigillo ipsius pendente. Requirit XXXV folio primi libri.

[126] Hic audire et intelligere potestis, quod hii omnes domini debent citari. Require XXXV folio primi libri.

[127] Eodem modo sicut scultetus citat burgravium. Sic burgravius debet citare hos tres principes. Require XXXV folio primi libri. <Iste etiam est primum et in glosis usque ad capitulum, ubi domini se confederarent iuramento periuro a>

^a ręką C, zapewne w miejsce confedendum powinno być conferendum

Tekst przepisów

[1] [k. 27ra] <Liber primus et folium primum^a> Cesar^b Octo Ruffus fundavit templum in Maydeburg et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium et secundum consilium seniorum. Extunc arbitrati sunt, quot elegerent scabinos ac consules, scabinos ad diuturnum tempus et consules ad unum annum, qui tunc iuraverunt et nunc iurant annis singulis, dum eligentur, ius ac profectum et honorem custodire civitatis et agere, quanto caucius ac melius sciant aut possunt, cum consilio aut iuvamine seniorum. Consules exponunt suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem cum seniorum consensus. Consules eciam habent potestatem iudicandi super quamlibet vacuum mensuram ac pondera iniusta, ac coretos iniustos et quelibet cibi aut potus mercimonia. Et quicumque hoc violaverit, demeretur tres Sclavonicas marcas, que faciunt xxxvi solidos. Quando consules suum conventum exponunt, extunc ibi quitquit statutum fuerit aut compromissum in isto conventu, firmum et inviolabiliter debet observari. Et quicumque violaverit, hoc consules habent iudicare. Et quicumque ad conventum venire neglexerit, dum signum datur per campanam, demeretur vi d[enarios]. Si autem sibi conventus pronunciatus fuerit, demeretur vi solidos. Capitulum primum.

^a na górnym marginesie foliacja; ^b ozdrobny inicjał C wysokości 9 wersów

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]

[2] [k. 27rb] ·II· Qui penestici vocantur, si in aliquo demerentur vel si in aliquo delinquerint in statutis civitatis, aut consulum decreta violaverint, si in hoc convicti fuerint, demerentur cutem cum crinibus aut tres solidos. Hoc arbitrio consulum committitur, quod horum recipere velint. Quando penesticus consulum aut civitatis statutum infringerit foro infremito, ita quod cutem cum crine dem[eretur] et cum pecunia redimet, hic manet sine iure et non potest ammodo adire forum connestibilium absque civitatis et consulum consensu exercere. Aut si alii homines, qui communitatem seu fraternitatem habent in connestibilibus, consulum seu civitatis compromissum, hos oportet emendam dare secundum ius et edictum civitatis, et non possunt ulterius aliqua connestibilia vendere, nec communitatem acquire absque consensu consulum et civitatis.

[hasła: kupiec, rajca, cech, cena, kara na skórze i włosach, targ, statut, wilkierz, zezwolenie, nawiązka]

[3] Si metrete aut alie mesure parve seu iniuste fuerint aut pense, quod consules bene agere possunt secundum honorem civitatis aut cum triginta sex solidis emendare.

[hasła: miara, waga, kara, rajca, nawiązka]

[4] [k. 27vb] Ille supremus iudex, qui in Meÿdeburg iudicio presidet, hoc est castellanus, qui sedet tria iudicia provincialia in anno, unum in die sancte Agathe, secundum in festo sanctorum Johannis et Pauli, tertium in octava sancti Martini. Si evenerit aliquod horum iudiciorum ad diem celebrem aut feriatum, extunc suum iudicium amisit. Dies ligati sunt omnes dies dominicales et festivi dies. Dies rogationum ante Pentecostes et adventus Christi et septuaginta dies ante Pascha, in quibus diebus nin debent iudicari. Et si scultetus aut solus castellanus ad iudicium non venerit, quia scultetus castellano primam sententiam debet invenire, et si scultetus non venerit ad castellanum, extunc x talenta demeretur, nisi legitimum impedimentum sit, quod probare poterit, ut ius dictaverit. Quidquid criminalis cause omne factum seu commissum fuerit quatuordecim diebus ante suum iudicium, hoc castellanus iudicare debet et nemo alius.

[hasła: Magdeburg, sędzia, kasztelan, sądy wielkie, sołtys, przestępstwo, roczek, posiedzenie]

[5] [k. 28ra] <II ^a> Stuprum, obsidia et irruencias domiciliorum iudicat castellanus et nemo alius. Sed si castellanus presens esse non poterit, extunc cives eligunt unum iudicem loco castellani, pro excessu manifesto. Castellani pena et recompensa, quid acquisitum fuerit bannito iudicio, debet solvi ad sex ebdomadas. Pena castellani sit tria talenta, <^{Talentum XX solidorum} ^b>pena sculteti octo solidi. Quando castellanus surgit et iudicat, tunc iudicium sculteti disponitur a proximo die ad duas septimanas.

^a na górnym marginesie foliacja; ^b ręką α ze znakiem wstawienia

[hasła: Magdeburg, burgrabia, zasadzka, podpalenie, napad na dom, kasztelan, sąd, kara sądowa, termin, zapłata, wynagrodzenie]

[6] [k. 28rb] Scultetus eciam habet tria iudicia legalia in anno, unum in Epiphania Domini aut die sequenti, secundum feria tertia post festum vel conductum Pasche, tertium feria tertia post festum Trinitatis. Post hec disponit sua iudicia continue ad duas ebdomadas. Si dies iudicialis evenerit ad diem celebrem, bene potest ultra diem unam aut duos post diem celebrem iudicium suum disponere. Iudicium sculteti nemo potest hominum indicare, nisi scultetus solus aut preco, nec suus famulus. Quid [s] si scultetus in domo non fuerit et si criminale nephas exortum fuerit, cives substituent unum iudicem pro crimine manifesto. Scultetus eciam debet habere legalitatem a domino terre et cum debet esse feodatus et verum suum feodum esse debet et ligittime natus de terra. Summa iuris actus legitimum cum condicioni non recipiunt neque diei.

[hasła: sołtys, termin, dzień świąteczny, sługa, wymóg, lenno]

[7] [k. 28va] Quodsi homo vulneratus fuerit et clamorem proclamaverit, et si ceperit hunc, qui ipsum vulneravit, et eum ad iudicium usque deduxerit, et si tunc ipsum cum

hiis, qui suum clamorem audierint, protestare poterit metseptimus, propius est eum vincere, quam ille possit evadere. Pro vulnere manum, pro homicidio collum. Si vulnus profunditatem unguis et longitudinem membri habuerit, acquirit homo duellum, pro vulnere manum, pro homicidio collum.

[hasła: zranienie, skarga, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, bliższosc do dowodu, kara ucięcia ręki, kara śmierci, ścięcie, rana]

[8] Si quis eciam fideiusserit aliquot iudicio pro aliquo adiutorio presentare ex parte homicidii ^{<de eodem xvii fo[lio] li[bri] primi a>} et eundem non representat, extunc fideiussorem dare oportet querulatori unam recompensam, videlicet XVIII talenta, et iudici suam penam octo solidos. Si autem sententiam fuerit pro uno vulnere duellari, protunc fideiussor det unam mediam recompensam querulanti, scilicet novem talenta, et iudici suam penam octo solidos, istorum nummorum, qui in eodem iudicio sunt transeuntes communiter et dativi.

^a ręką δ

[hasła: poręczenie, zabójstwo, nawiązka, pojedynek sądowy]

[9] [28vb] Si contingerit criminale nephas aut conflictus nocte vel die et si probus vir accusetur, propius est evadere metseptimus, quam ille possit super eum protestare, quia in isto loco conflictus per neminem visus.

[hasła: przestępstwo nocne, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, bliższosc do dowodu]

[10] Nec castellano, nec sculteto tenetur scabinus sententiam aliquam extra veros dies iudiciales diffinire, nisi sit factum manifestum crimen. Castellanus et scultetus bene possunt omni die iudicare pro debito, pro quo absque testimonio agitur, nisi civis agat contra hospitem vel hospes contra civem pro debito cum testimonio, de quo alter alteri fassus, quod bene iudicari potest sine mora. Et si uni adiudicatur hospiti debitum, debet sibi solvi sequenti die, quod tenetur. Sed hospes iurare tenetur vel oportet, quod sit alienigena et ita remote domicilia habuerit, quod die una ad iudicium [k. 29ra] <III^a> venire non possit.

^a na górnym marginesie foliacja

[hasła: sołtys, kasztelan, wyrok, rana śmiertelna, zranienie, zabójstwo, kradzież, gość, dług, sąd gościnnie, mieszczanin]

[11] Ille dicitur esse hospes, qui ultra xi miliaria extra iudicium habuerit mansionem. Hospes, si hospiti vel alteri, qui in iudicio non habuerit possessionem, ratione debiti

per manum fuerit presentatus, hunc iudex illi servare debet tamdiu, quousque se de debito expurget iuridice vel persolvat.

[hasła: gość, sędzia]

[12] Quotsi vir vulneratus fuerit et eadem [k. 29rb] iudicium non quesierit et sua querimonia pernoctaverit, et qui inculpatur tunc comparuerit, evadet eum metseptimus suis vicinis, quam ille possit protestare. Sed tribus iudiciis non comparet, quarto iudicio describetur. Ita tamen, si iusto modo citatus et super ipsum conquerer [s] fuerit.

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, uwolnienie od skargi, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, sąd]

[13] Stuprum et obsidium et irruencia domicilii burgravius iudicat nec alter ullus. Si aliquis irruit super alterius domicilium tempore nocturno aut diurno, temeraria violencia procedente, et si in manuali facto deprehensus fuerit cum clamore, et si clamorem cum auditoribus metseptimus suorum vicinorum hoc ostendendo actor probare poterit secundum iuris exigenciam, malefactor collum demeretur. Si autem | manu^a| factum manifestum non fuerit, extunc propius est reus evadere metseptimus, quam aliquo testimonio vinci possit.

^a skreślone ręką autora podstawy

[hasła: gwałt, napad na dom, zasadzka, burgrabia, skarga, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, bliższosc do dowodu]

[14] [k. 29va] Quicumque vulneratus fuerit, si clamorem proclamaverit, ad iudicium devenerit, de quocumque querulatur, qui presens fuerit, et habuerit hos, qui suum clamorem audiverunt, et quot vulnera habuerit, tot homines potest inculpate. Si autem hii homines comparuerint, duella in ipsis acquirere possunt. Si autem plures iudicialiter infestaverit, quam vulnera habuerit, alii omnes evadent suo iuramento, quivis^a sua sola manu pro eo quoadiutorio racione homicidii vel vulneris duellaris, vel mettercius ad hoc, si pro eo cum testibus fuerit impulsatus.

^a alternatywna lekcja qui ius

[hasła: zranienie, skarga, rana, uwolnienie od skargi, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]

[15] [k. 29vb] <Obligatio^a> Obligat aliquis mercimonia aut alia bona mobilia pro debito ex parte iudicii, et ille pronunciat tribus iudiciis, ut iuris est, et quarto iudicio super eo dominium^b receperit aut appropriatum sibi fuerit, et cognoscencie donum dederit coram iudicio et scabinis. Et si ille inposterum ad repetendum sua bona pervenerit,

possidens est propius suum pignus servare cum scabinis et iudice, quam ille, qui caret possessione.

^a ręką β; ^b odczyt niepewny

[hasła: zastaw, towary, dobra ruchome, ruchomości, dług, termin, roczek, sędzia, ławnik]

[16] Nullus eciam hospes ab alio [k. 30ra] <III^a> advena, et contra, indiget pignus recipere pro debito recognito. Si autem receperit, extunc ipsum acquirere et prosequi prout alter vir iuridice oportebit, nisi aliter fuisset inter eos ordinatum verbotenus in contractu.

^a na górnym marginesie foliacja

[hasła: gość, zastaw]

[17] Si aliquis ducit uxorem et si vir de hac luce decedit, uxor nichil habet in suis bonis, nisi sibi dederit pro dotalicio aut vite provisione pro eius vita in iudicio bannito. Nulla mulier potest vite provisionem, nec dotalicium hereditarie observare. Et cum moritur, ad heredes revertitur sui mariti. Quodsi sibi maritus mulieri nichil in suis bonis dederit, in possessionem [s] bonorum sui mariti debet permanere, et pueri sibi necessaria ministrabunt, eousque in viduitatem [s] et sine marito voluerit permanere. Si vir oves habuerit, mulier ad suppellectilia recipiet. Et si pueri vellent dotalitium mulieri infringere, servare potest testimonio virorum ac mulierum metseptima, qui tunc presentes fuerunt. <Si aliqui pueri fuerint exhereditati^a> Si vir pueros habuerit, aut mulier, quicumque ex hiis exhereditati fuerint, si moritur vir, hii pueri, qui in hereditate patris [k. 30rb] sunt, recipiunt bona et non hii, qui exhereditati sunt, sed hereditatem vendere non possunt absque coheredum consensu. Hii pueri, qui in potestate patris tempore mortis fuerunt, si ex hiis unus moritur, istius partem dividunt inter se equaliter, tam exhereditati, quam domestici.

^a ręką β ze znakiem wstawienia

[hasła: żona, mąż, wdowa, wiano, sąd wyłożony, uposażenie, gerada, dziecko, współprzysiężnik, samosiódni, przysięga, wydzieleny, dziedzictwo, spadek]

[18] Deservitum precium rationabile debitum debent solvi de bonis mortui [k. 30va] viri pro dotalitio, ad hoc si mulier fuerit dotata pecuniis inpromptis. Si autem dotata fuerit in hereditate vel proprio, tunc suum dotalicium pre aliis debitis iure valeat obtinere. Etiam quivis vir habens mansionem infra municipale, ille sue conthorale dare potest pro dotalicio suam propriam hereditatem, quam in posse habet alienandi, et eciam in aliis bonis suis mobilibus in quantum voluerit.

[hasła: dobra, mąż, wiano, wdowa, dziedzictwo, dług, ruchomość]

[19] Quando alicui sua possessio publicata fuerit iuste ac iudicialiter, quociens exiit vel intrat, tociens penam iudici demeretur, ita si publicacio super ipsum rite ac iuste fuerit acquisita.

[hasła: mulkta, kara sądowa, konfiskata]

[20] [k. 30vb] <Quidquid masculus et dat ^a> Quitquit masculus dat sub banno, si possidebit pacifice et quiete absque contradiccione anno et die, hoc propius ac melius optinere potest cum iudice et scabinis, quam aliquis possit ab ipso exbrigare. Quodsi iudex et scabini mortui fuerint, quod tamen bene cum aliis fidedignis ad minus duobus scabinis et quatuor viris probitate probatis testimonio deponi potest, et sic bona donata obtinebit.

^a ręką α

[hasła: transakcja, rok i dzień, termin, spokojne posiadanie, sędzia, ławnik, świadek, współprzysiężnik]

[21] <Nemo ^a> Nemo masculus, nec ulla mulier potest in lecto egritudinis de suis bonis alicui ultra tres solidos dare absque heredum consensu seu voluntate, nec mulier sine consensu viri.

^a ręką η

[hasła: darowizna *mortis causa*, zgoda, żona, mąż]

[22] [k. 31ra] Quodsi hereditas in fratribus seu sororibus defectum habuerit, extunc hii, qui se linea equali consanguinitatis ostendere poterint, in hereditate succedunt equaliter.

[hasła: dziedzictwo, spadek, siostra, brat, pokrewieństwo]

[23] Qui autem in possessionem manserit, si bene sacerdos sit, manserit, tamen suppellectilia recipit, quodsi puella nulla fuerit. Si autem sacerdos et puella fuerint, suppellectilia inter se dividunt.

[hasła: spadek, gerada, kapłan]

[24] Quidquid masculus dat in iudicio bannito coram iudice scabinis, ibi recipiens dat unum solidum pro doni cognitione, quam [s] recipiunt scabini.

[hasła: sąd wyłożony, sędzia, ławnik, pamiętne, darowizna, transakcja]

[25] [k. 31rb] <Quicumque aliquem ^a> Quicumque aliquem coram iudicio bannito pro debito impulsaverit, si debitum coacto iure consecutum fuerit, oportet eadem die solvere et iudex in eo suam penam acquisivit. Si autem querimonia facta fuerit super aliquem pro debito, si fatetur, solvere tenetur per duas ebdomadas, et si tempore statuto debitor non solverit, extunc iudex in eo penam suam acquisivit. Extunc solvere mandat ad octo dies, deinde ad tres dies, extunc die sequenti. Quociens tunc debitor mandatum adimplere neglexerit, tociens in eo penam iudex acquisivit. Si penam iudici et debitum creditori solvere contempsit, tunc fiscatur sua possessio. Per hoc compellitur, quod debitum creditori et iudici penam persolvat. Si autem possessione caruerit, extunc banno compellitur, extunc bene potest comprehendi, ubi visus fuerit pro debito et pena. Et quicumque ipsum ultra hoc tenuerit, penam iudici demeretur.

^a ręką α

[hasła: dług, skarga, świadczenie, termin, dłużnik, sędzia, mulkta, kara sądowa, wierzyciel, posiadanie, kara]

[26] [k. 31va] <Si quis ad limina sanctorum ^a> Si aliquis ad limina sanctorum aut ad nundinas extra provinciam ire voluerit, et si aliquis ipsum pro debito impedire voluerit, hoc fieri non debet, oportet suum ius recipere coram iudice suo.

^a ręką ε

[hasła: podróż, dług, sędzia]

[27] <Si vir viro ^a> Et si uni viro testimonium adiudicatum fuerit, induciat trimas [s] duas ebdomadas obtinebit, quodcumque elegerit aut iudicio proximo.

^a ręką η

[termin]

[28] <Quicumque ^a> Quicumque scabinum in scampno iudiciali vituperaverit aut turpibus verbis eum ob[k. 31vb]ruerit, scabinus lucratur suam emendam xxx solidos, et iudex octo solidos suam penam acquirit. Obruitur autem scabinus, postquam sua sententia diffinita sit et ubi consensus aliorum scabinorum preterierit, extunc omnes emendas acquirunt et iudex tot penas, quot fuerint emende. <Item de eodem xxvi ^b>

^a ręką komentatora (niezidentyfikowana); ^b ręką β

[hasła: ławnik, ława, obraza, kara sądowa, mulkta, nawiązka, wyrok]

[29] <Quando concordia ^a> Quando concordia inter discordantes ordinata fuerit coram iudicio aut diuturno [s] fremitus, hoc homo protestare potest cum iudice et scabinis. Quodsi scabini mortui fuerint, tunc protestatur cum hominibus fidedignis, qui iudicio profuerunt. Quidquid scabini protestantur et confirmant, hoc et iudex debet cum eis protestare, simul et confirmare. Sed ubi concordia extra iudicium ordinata fuerit, hoc probare facilius potest vir cum sex testibus metseptimus, qui interfuerunt [k. 32ra] <VI ^b> et viderunt concordiam esse factam.

^a ręką ε; ^b na górnym marginesie foliacja

[hasła: ugoda, sąd, sędzia, ławnik, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]

[30] Ubi concordia et fremitus diuturnus coram iudicio confirmata fuerit, si ipsam violat adversa pars, et si vincetur, ut ius dictaverit, cum iudice et scabinis, pro vulnere manum, pro homicidio collum. Si autem contingeret, ut alter eam infringeret, hunc cum emenda satisfacere oportet, pro vulnere novem talenta, pro homicidio xviii talenta, nisi si poterit excusare secundum edictum iuris.

[hasła: ugoda, kara ucięcia ręki, kara śmierci, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie]

[31] <Pater filium ter potest exemere ^a> Et quivis vir potest filium suum ter excipere, quem habet in potestate, coram iudicio pro quolibet crimine capitali tacto sacramento metseptimus secundum ius municipale. Eciam potest filium suum, quem in potestate habet, tribus vicibus, ubi ad collum aut ad manum pertransit. Quarta vero vice ipsum propria in persona respondere oportebit, et primum in suo iure non impediet, si bene filius prius respondisset. Si autem pater cum filio simul in eodem crimine coram iudicio inculpati fuerint, extunc pater filium eximere non potest, nisi prius se de eodem crimine expurgabit. <famulus potest ^b> Et si famulus potest mercedem suam, quam promeruit, quinque solidos tacto sacramento probare, ita \vdash ut \dashv si ut sibi dominus consentire noluerit. Si autem dominus iuravit tacto sacramento mettercius, quod sibi persolvit, tunc propius est evadere, quam famulus prorestare. Si autem famulus suam mercedem super dominum suum obtinuerit coram iudicio, pro eo dominus nullam penam iudici demeretur, sed dominus famulo eandem mercedem die eadem solvere tenetur indilate. Si alter alterum pro vino aut alio potu inculpare voluerit, evadet si eudem debitum, in quo nullum [k. 32va] dominium ostendere poterit aut protestare.

^a ręką γ; ^b ręką β; ^c skreślone ręką autora podstawy

[hasła: syn, ojciec, zastępstwo, przysięga, samosiódm, współprzysiężnik, kara śmierci, kara ucięcia ręki, przestępstwo, sąd, sługa, pan, uwolnienie od skargi, samotrzeć]

[32] <Donum quod vir potest dare mulieri et e converso ^a> <Donum bonorum capitulum ^b> Donum, quod mulieri vel viro datum fuerit in iudicio bannito, in eo mulier cum sua parte sive dono pro suo arbitrio facere potest absque omni contradiccione quidquid placet. Idem potest vir

cum parte sui doni, quidquid deliberaverit modo simili, quam ipse suscepit. <De eodem iii folii primi libri et xi eiusdem libri c> Si moritur vir, femina absque herede, ita quod nullum heredem a viro suo |successoria seu prospera fortuna ^d| perceperit, ipsa hereditat sua successoria, |super suum proximum naturalem ^d| seu prospera fortuna acquisita super suum proximum naturalem successorem, sive sit masculus sive femina, qui sibi sit paris condicionis. Idem insuper omne aurum et argentum informatum et omnis siligo et carnes cum cervisia, vino, et pane, et quantum post trecesunum permanserit, hoc cedit heredibus [k. 32vb] viri et non mulieris, exceptis pulmentariis, de quibus mulier recepit medietatem et heredes viri aliam recipiunt partem.

^a ręką γ na górnym marginesie; ^b ręką δ na marginesie; ^c ręką δ; ^d skreślone ręką autora podstawy

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]

[33] <Ista ^a> Ista sunt, que ad hereditatem pertinent: omne aurum et argentum informatum, omnia vasa argentea, et tela, que non est incisa aut formata ad muliebria vestimenta, et sartagine, que a loco non moventur, dolea, et vasa distillatoria, et omnia caldaria, excepto caldari, in quo liquefecit ceram, quod spectat ad suppellectile. Omne proprium, [k. 33ra] <VII ^b> <Ista sunt, que pertinent ad hereditatem ^a> quod locando possessum est, et omnia arma et gladii, et olle eree ac morsee, et cinguli, bractiales, et annuli viri, hec spectant ad hereditatem. Mense, lavatoria et omnes ciste planis cooperimentis, curpe [s], et cist[e] annonarum, et ciste propharine, et porci, qui in curiis aut in domibus nutriuntur, spectant ad hereditatem. Et omnes porci inpinguati spectant ad pulmentaria. Ubi pulmentaria dantur et omnes expense domestice, que in potestate viri sunt, et omnes vacue cuppe, pulmentaria recipit uxor, et non cognata sua.

^a ręką γ; ^b na górnym marginesie foliacja

[hasła: dziedzictwo, spadek, gerada, część obowiązkowa, okrasa, srebro, złoto]

[34] [k. 33rb] <Sequitur capitula de vulneribus per totum ^a> Vulnerat quis alium vitam suam defendendo supra viam publicam, quod ille ipsum percutit aut vulnerat, et si clamorem proclamaverit, et si invasor conparet violenter, seu proterve, et conqueritur iudici, et hic non potest, nec audet, pro inbecillitate sui corporis tunc comparere, et inposterum eodem die conpareat et conqueratur iudici et scabinis, et ostendat sua vulnera, et protestetur per hos, qui suum clamorem audierunt, et quod initium contencionis sui adversarii fuerit et non suum, et quod ipse se defenderit in defensione sue vite, ipse acquirit querimoniam primam. Sed si pernoctaverit, tunc hoc fieri non potest.

^a ręką β

[hasła: zranienie, zwłoka, obrona konieczna, droga publiczna, sędzia, skarga, uszkodzenie ciała, ławnik, świadek, obwołanie]

[35] [k. 33va] Quodsi se duo mutuo vulneraverint in iure municipali, qui ambo sint nati de stirpe Sclavicica [s] et tamen Slavi non sunt, compareat unus et conqueratur in Sclavico ydiomate, alterum sibi non debet respondere, si placeat sibi, nisi conqueratur in eodem ydiomate, quod sibi innatum est per ius municipale.

[hasła: zranienie wzajemne, język słowiański, skarga, odpowiedź na skargę, prawo miejskie]

[36] Quodsi querimonie duorum virorum dilate fuerint in iudicio bannito coram iudice, et de voluntate iudicis et consensus, et parcium arbitrio utrorumque [s], quod inter ipsos concordia extra iudicium debeat terminari, nec ultra causam peragendam, et se arbitri ad hoc electi de causa intromittant concordiam absque iudicio et queremonia^a non repetendo cum consensu iudicis. Et si alter [k. 33vb] ex eis inposterum suam causam vellet renovare pro hac causa coram iudicio, ille sibi suus adversarius respondere non tenetur coram iudicio, si protestare poterit cum iudice et scabinis, quod causa absque iudicio debeat finiri.

^a w rkp. queremonia

[hasła: skarga, sąd, ugoda, zgoda sądu, sędzia, ławnik]

[37] Et si se duo mutuo vulneraverint equaliter et conquerantur equaliter, quicumque ex eis duellum in alterum acquisierit, tunc eius adversarius manum demeretur. Ita tamen, si vulnera ambo monomachalia fuerint. Et si alter ex eis, antequam duellum acquisitum fuerit, moritur, adversarius collum demeretur.

[hasła: zranienie wzajemne, pojedynek sądowy, kara ucięcia ręki, rana godna pojedyńku, kara śmierci]

[38] [k. 34a] <VIII ^a> Quodsi se duo mutuo vulneraverint equaliter, ex hiis unus vadet ad iudicem in domum suam, et querimoniam facit, alter veniet ad quatuor bancos et coqueratur cum clamore scabinis et iudicio astantibus, vulnera ostendat, et mittat pro iudice et conqueratur, ipse primam querimoniam obtinebit, et si testes super hoc habuerit a scabinis aut astantibus iudicio, quod inter quatuor bancos querimoniam fecit.

^a na górnym marginesie foliacja

[hasła: zranienie wzajemne, sędzia, ławnik, rana, skarga]

[39] Si aliquis detinet hunc, qui ipsum vulneravit in facto retenti et ipsum cum clamore ad iudicium deducit, ille sic queruletur: “Domine iudex, ego cum querela propono super istum virum, [k. 34b] quod ipse venit in municipia et in strata regia, et in me pacem violavit, et me spoliavit in meo corpore et bonis meis, et me vulneravit, dum

pacem in me fregit. Tunc inde [s] ego ipse ipsum in persona propria et proclamavi eum cum clamore, et ipsum captivum huc ad iudicium deduxi, et volo eum vincere per hos, qui meum clamorem audierunt, et meo testimonio vero, ut ius michi diffinierit. Et in sententia requiro, quod hoc probare debeam, ut michi proficiat in iure meo.” Extunc adversarius relictam petit satisfaccionem pro hac querimonia, et dicat se de facto esse innocentem. Ille, qui ipsum captivum in manifesto facto detinuit, facilius ipsum vincere potest cum testimonio, quam ipse captivus cum testimonio evadere potest, seu possit. Si autem, ut iuris esse [s], probaverit testimonio, illi solvet collum, si est homicidium, vel si vulnus est monomochale, cum ad iudicium ipsum in facto manifesto adduxerit. Pro teste potest quivis vir alteri astare, qui in suo iure non possit argui, excepto patre, aut fratre, et filio, et mercenario.

[hasła: zranienie, skarga, gorący uczynek, pełnomocnik, droga królewska, sąd, gwar, zabezpieczenie, niewinność, zabójstwo, kara śmierci, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, świadek, ojciec, syn, brat, najemnik]

[40] [k. 34va] Quodsi se duo vulneraverint mutuo: cultello unus, aliter gladio, et si vulnera utriusque monomachalia fuerint, illi cum gladio [k. 34vb] solvet manum, illi cum cultello solvit collum, quia cultellus furtivam infert mortem.

[hasła: zranienie wzajemne, nóż, miecz, rana godna pojedynku, kara ucięcia ręki, kara śmierci]

[41] Eciam si alter alterum vulneraverit et causa sua pernoctaverit sibi debet indici ad iudicium proximum. Et si vir vulneratus fuerit, et si comparuerit et conquestus fuerit, sibi indicari debet ad iudicium proximum. Si autem vulnus monomachale fuerit, tunc continuus sibi iudex statim debet pro facto manifesto, in statim debet iudicari.

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, rana godna pojedynku, sąd, sędzia]

[42] [k. 35ra] Si duo vulneraverint se et ambo coram iudicio compareant et querimoniam proponunt, qui primam querimoniam precellentem protestare poterit, ad suum adversarium duellum acquirit, et si ipsum iusto modo salutaverit, et si vulnus monomachale fuerit. Si autem duellum ad diem dilatatum fuerit, et si alter pugillem convenerit super alterum, et si ille protestare poterit, quod pugil mercennarius sit, extunc iure a duello sibi cedere possit.

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, pojedynek sądowy, rana godna pojedynku, odroczenie, pięściarz, zastępca, najemnik]

[43] Si vulnerat vir alterum, et si caucionem fideiussorie fecerit usque ad iudicium, et si iudex ipsis pacem indixerit, et si ipsum postea occiderit, et si fideiussores [k. 35b] posuerit super pro causa eadem, ipse tamen propius evadet metseptimus de homicidio, quam ipsum aliquis potestare possit. Si autem coram iudicio comparuerint, et si in

iudicio bannito manu pax promissa fuerit coram iudice et scabinis pro primo vulnere, et ipsum postea occiderit, hoc melius potest super ipsum protestare, quam ipse evadere possit.

[hasła: zranienie, poręczenie, sąd wyłożony, sędzia, pokój, uwolnienie od skargi, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, zabójstwo, ławnik]

[44] Si se duo mutuo vulneraverint et ambo coram iudicio compareant et querulose proponant, et querimonia usque ad iudicium dilata fuerit, qui primo querulatus fuerit, moriatur ab hiis vulneribus, et mortuus ad iudicium portetur, et alter vulneratus eciam [k. 35va] ad iudicium compareat, unus mortui cognatus loquatur super vulneratum cum testimonio sive duello, quod ipse suum proximum affinem occiderit, et pro eo petit iudicium. Extunc ille petit satisfacionem de iure, hoc tamen propius est evadere metseptimus, quam ille super eum poterit \neg post^a \neg protestare. Et si evadet, tunc suum testimonium ita debet sic procedere, quod initium contencionis illius fuerit et non suum. Et si quis suos testes incontinenti habere non poterit, terminum sex ebdomadas acquirit, ex hiis sibi eligat unam quindenam, quamcumque voluerit. Si autem ille ipsum monomachaliter allocutus fuerit, extunc pro suo collo respondere oportet.

^a skreślone ręką autora podstawy

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, odroczenie, krewny po mieczu, poręczenie, gwar, zabezpieczenie, termin, bliższosc do dowodu, niewinność, zabójstwo, uwolnienie od skargi, pojedynek sądowy]

[45] [k. 35vb] <De equorum vendicione^a> Si vir equum vendiderit, promittere debet in eodem loco, quod stabilis non fuerit, ita quod a loco discedere tempore se offerente noluerit, et videre apparens [quod non^b] sit cecus, et eciam [quod est liber^b] ab iniusta arestacione.

^a ręką η; ^b uzupełnienie wg propozycji W. Maisla (ibidem, s. 77)

[hasła: sprzedaż, koń, ewikcja, odpowiedzialność, wada faktyczna, wada prawna]

[46] Si vir clare luce diei deprehensus fuerit, qui bone fame sit in furtu, et non plus quam tres solidos valeat, cutem cum crinibus demeretur. Sed si furtum ultra tres solidos valeat, reus est suspendio. De hiis denariis tres solidi medium \neg marcam^a \neg fertonem debent ponderare. Si autem fur tempore noctis deprehensus fuerit cum sex denariis, reus est patibulo.

^a skreślone przez autora podstawy

[hasła: kradzież w dzień, kradzież w nocy, dobra sława, kara na skórze i włosach, kara śmierci, powieszenie]

[47] [k. 36ra] Conqueritur vir super alterum pro bonis, quod sua sit vera hereditas, et quod ille teneat cum iniuria, et sua vera sit successio a suo patre, vel ab alio suo amico, a suo predecessore, et si ille compareat super quem querimonia proposita fuerit, et dicet se habere bonorum defensorem, et bona possidet [s] pacifice^a et quiete, |vini^b| anno et die, contradiccione qualibet non obstante et est iuste ac rite meum predium censuale, ipsum oportet defensorem suum nominare, et ad dies statuere, et cum defensore conservet sua bona, si defensus fuerit, ut iuris est, a defensore. Si autem sibi defectus fuerit defensore, actor conservat suam legitimam seu legalem proprietatem, in bonis eisdem, quia quivis homo conservat suam innatam [k. 36rb] hereditatem, facilius quam alter emptam proprietatem, aut obligatam proprietatem, aut datam proprietatem, aut predium censuale.

^a wyraz poprawiany z pafici; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]

[48] Si homo habuerit hereditaria censualia et bona a quodam monasterio, et si dominus vel abbas sibi non fatetur, aut conventus, hic vir potest met[k. 36va]septimus protestare suorum coheredum, quorum quilibet iurabit singulariter, quod iustum est ac successorem suum sit predium censuale. Et si dominus seu abbas hiis septem de ipsorum bonis denegaverit aut fateri noluerit, extunc quivis metseptimus suorum coheredum bona sua obtinebit.

[hasła: dziedzictwo, własność, dobra czynszowe, klasztor, pan feudalny, opat, samosiód, przysięga, współprzysiężnik]

[49] Si vir debet producere testimonium super proprium alterius metseptimus, aut mettertius, hoc facere debet cum possessis hominibus, qui iudicio astare solent, et domicilia habentibus et in iudicio supradicto. Si autem vir debet persoluta debita debet protestare super proprietatem alterius, hoc iterum esse debent possessi homines domicilia habentes, si hoc in iudicio non fuerit confirmatum. In nullis causis precio conventi seu empti valeant protestare, quia iure possunt eici.

[hasła: własność, samosiód, przysięga, samotrzc, posesjonaci, współprzysiężnik, domicyl, okręg sądowy, dług zapłacony]

[50] [k. 36vb] Si aliquis debet persoluta debita probare, protestante pro debito, hoc facere debet talibus cum hominibus, qui in suo iure argui non possunt mettercius.

[hasła: dług zapłacony, współprzysiężnik, przysięga, samotrzc]

[51] ^[a] Si vir duxerit uxorem viduam, que unum aut plures pueros habuerit et ipse nulla bona habuerit nec ipsa, et vir unum filium habuerit cum sua prima uxore, et si fortuna aridente per suos labores bona habuerint, aut proprietatem sive hereditatem emerint, aut super bona mobilia sive mercimonia posuerint, et si vir moritur et uxor, extunc filius viri prior [k. 37a] <XI ^b> <De successione heredum ^c> est recipere hereditatem, quam pueri femine, aut pueri sororis sue, vel etiam nepotes seu neptes ex filia sua. Ita tamen, si filius patri sit paris condicionis. Proxima cognata uxoris recipit de suppellectilia iure.

^a na marginesie rysunek ręki z palcem wskazującym na przepis; ^b na górnym marginesie foliacja; ^c ręką γ

[hasła: wdowa, syn, dobra, własność, dziedzictwo, ruchomość, towar, żona, spadek, zasady dziedziczenia, reguła, siostra, wnuk, wnuczka, równy stanem, krewna, gerada]

[52] <Bonum ^a> Si aliquis vir dederit suis pueris aliqua sua bona, et sue uxori, in iudicio bannito circa vitam suam, et bone rationis, et si sibi paris condicionis pueri fuerint, et si desuper vera pax firmata fuerit, et in posterum alteri in eisdem bonis aliquid dederit aut heres fuerit, aut non ille, cui prima donatio sit data, bene contradicere potest de iure. Ita tamen, si testimonium iudicis desuper fuerit et scabinorum, quod [k. 37b] sibi primum donum donatum fuerit absque contradiccione illius, qui ad hoc successor fuerit infra annum et diem. Extunc contradicere non potest, si ille super hoc testes habuerint.

^a ręką η

[hasła: dobra, transakcja, sąd wyłożony, dożywocie, równy stanem, pokój, roszczenie, sędzia, ławnik, darowizna, sprzeciw, spadkobierca, rok i dzień, prawo]

[53] Si vir sue uxori sua edificia dederit, que super bona censualia edificata sunt, coram domino proprietatis, et coram suis vicinis, tempore sue vite, et inducit eam in possessionem, et si discedit de hac luce sine prole, et si heres suus super bona eadem loqui voluerit post mortem, nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestare poterit, quod ei datum fuerit. Si autem fundus et edificia properaliter viri fuerint, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donatio in [k. 37va] iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis, quam suus heres contradicat. Si autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc uxori dare non potest absque heredum consensus, vel absque domini proprietatis consensu, in cuius bonis sunt. Si vir mercimonia aut mobilia bona habuerit, quod cum bonis emerit eisdem successoribus paterna successione, hoc sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Si autem vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus aut prospera fortuna accreuerint cum sua uxore, potest dare in validudine vite sue cuicumque placet, cuiuslibet sine contradiccione.

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]

[54] Ubi alicuius monasterii obnoxius suam penam demeretur, hoc sunt triginta solidi, obnoxius bene potest sua bona resignare et iterum suscipere et dare cui placet, contradiccione qualibet non obstante, que propriis laboribus acquisivit. Ubi obnoxius suo domino ^a advocato suum censum subtraxerit, pro eo demeretur tria talenta. Quidquid obnoxius criminalis cause commiserit, pro eo nullas querat [s] iudicium nisi domini sui advocati. Quando obnoxius moritur, extunc suo domino advocato oportet dare denarios obnoxiorum et meliorem equum, quem habet. Idem oportet sacerdotem suo archipresbitero, dum moritur, tunc suum dare oportet equum meliorem.

^a skreślone przez autora podstawy

[hasła: mnich, zakonnik, klasztor, sprzeciw, przestępstwo, sąd, wójt, arcybiskup, koń]

[55] [k. 38ra] <XII ^a> < Si moritur ^b> Si moritur vir absque herede et nepotem ex filia habuerit, que exheredata fuerit circa vitam suam, idem nepos maiore recipit iure bona avi materni, quam iudicium, qui si sibi est paris condicionis, sed iudicium recipit sua arma bellica. Si eiam filius ducerit [s] uxorem tempore vite sui patris, et premoriatur patri indivisus sua hereditate, extunc ipsius filii hereditatem avi recipiunt, et non filii filiarum. Si autem pater filium a se diviserit, protunc filii filiorum et filiarum [k. 38rb] in bonis sui avi equalem recipiunt porcionem. Sed in hereditaribus sue avie filii filiorum et aliarum iuridice sunt equales. <vide xxi et ibi videbis signum crucis ex toto in Teutonico ^c>

^a na górnym marginesie foliacja; ^b na środkowym marginesie ręką η; ^c wyjątkowo dodatek z ortylu magdeburskiego wyłącznie w języku łacińskim, pozostawiono miejsce na wpisanie tekstu w języku niemieckim; niezidentyfikowaną ręką komentatora odesłanie do fragmentu niemieckiego w dalszej części rękopisu, lecz ów fragment nie jest odpowiednikiem tekstu łacińskiego w art. 55

[hasła: dziadek, córka, syn, spadkobierca, spadek, hergewet, żona, spadek]

[56] Si unus abtestari voluerit alteri manum suam pro falso, hic oportet, quod faciet mettercius cum talibus hominibus, qui in suo iure argui non possunt. Si autem facere debet pro vulnere in facto manifesto, oportet quod hoc faciat metseptimus, pro iusticia pacis, ita tamen, si manifestum factum cum malefactore ad iudicium fuerit deductum.

[hasła: samotrzeć, kłamstwo, fałszywe zeznanie, rana, gorący uczynek, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, pokój]

[57] [k. 38va] <Cum moritur ^a> Cum moritur vir, qui pueros habuerit, qui ad annos discrecionis non dum pervenerunt, proximus cognatus eorum debet esse ipsorum tutor, usque ad annos pubertatis pervenerint. Et si idem nondum ad huc pubertatis

annos attingerit, adiutor suus debet propior agnatus esse, quousque ad annos pervenerit discrecionis, et rationem anno ad annum de bonis pupillorum coram vero ipsorum tutore facere tenetur, vel coram consulibus aut scabinis.

^a *ręka β*

[hasła: ojciec, dziecko, krewny po mieczu, opiekun, lata sprawne, dojrzały, sprawozdanie, rachunek, rajca, ławnik]

[58] Omnis querimonia ac testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptimum [s] protestare oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que monomach[al]es non sunt. Manifestum factum ibi esse dicitur, ubi vir captivatur cum furtu [s] aut spolio et deprehensus ducitur ad iudicium cum clamore. Eciam manifestum factum esse ibi dicitur, [k. 38vb] ubi viro gladius, aut cultellus, aut alia arma sua in sua manu deprehensa fuerint, cum qua pacem infregit, aut si in fuga facti deprehensus fuerit, et captivus ad iudicium cum clamore deductus fuerit. Hunc actor metseptimus vincere oportet circa ius pacis. Et si factum manifestum cum viro ad iudicium deductum fuerit, stuprum et obsidium, et irruenciam domiciliorum, homicidium, furtum et spolium, probat homo metseptimus protestando. Si vir de istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedure: “Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod hic homo iste venit intra municipalia, et in me pacem violavit, et me stupravit et spoliavit corpore, rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per hos, qui meum clamorem audierunt, et ostendere volo factum, de iure debeo et requero in sententia diffinitiva, quomodo ego ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo.” Extunc ille petat satisdacionem, si vult, quam sibi facere oportet, et dicat de facto esse innocentem. Tunc tutor mulieris interrogat in sententia diffinitiva, si mulier violenciam melius protestare poterit cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille possit evadere, cum in facto manifesto ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur de iure, quod possit ipsum possibilis [k. 39ra] vincere cum hiis, qui suum clamorem audierunt, quam ille evadere possit. Et si hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]

[59] [k. 39rb] Si vulneratus vir ad iudicium decuctus fuerit cum clamore in facto manifesto, et si ita inbecillis aut debilis fuerit, quod per tutorem querulari oportet et prolocutorem per sententiam petat, extunc tali modo procedat sua querimonia: “Domine iudex, si me huic vulnerato dedistis pro advocatione, extunc in sententia requiro et si per iusticiam insidias per aliquem pati debeam, [k. 39va] quas iure tenere debeam aut sustinere, cum suam causam propter iuris exigenciam teneo.” Extunc sibi diffinitur,

quod non, extunc sibi petat correccionem. Cum optinuerit, tunc petat colloquium pro consilio, extunc cum colloquium habuerit, tunc requirat, qualiter suam querelam inchoare debeat et hoc per sententiam diffinitivam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur sibi cum clamore. Tunc interrogetur per sententiam seu sentencialiter, si requiri debeat ab ore ad os, a quo suam habeat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emittuntur duo scabini et cum ipsis preco, aut duo viri, qui in iudicio astare consueverunt, qui ab ipso solo audiant, a quo suam receperit aut habuerit lesionem, vel quis in eo pacis federa infregerit. Extunc requiritur sentencialiter, ut interrogari debeant circa iuramentum prestitum aut ius civitatis, quid ab eo audierunt. Tunc unus interrogetur a[d] dicendum, quid ab eo audierunt. Audita responsiva sua, tunc in sententia requiritur, si iam profecerit, cum sibi diffinitur, quod sic, eciam interrogetur. Extunc sibi diffinitur, quod sic profecerit secundus et tertius, deinde querela incipit sic: “Domine iudex, placeat attente audire.” Tunc hic N conqueritur vobis super unum N et N, quod ipsi venerunt intra unum municipal, et pacem [k. 39vb] in eo fregerunt, et ipsum vulneraverunt aut suum affinem proximum trucidaverunt, si homicidium fuerit, et spoliaverunt ipsum corpore et rebus, et pro eo iudicium petit. Extunc illi ter vocantur, quando ter vocati per clamorem fuerint, tunc conqueratur ulterius et nomet malefactores, ut prius querulatum fuit. Idem facit tertia vice. Extunc inducie indicantur per noctem. Si tunc non compareant, proscribentur. Si autem compareant, duellum in eis acquiri potest.

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie, noc, pojedynek sądowy]

[60] [k. 40rb] Quando vir furem aut spoliatorem protestare voluerit, qui cum manifesto facto ad iudicium cum clamore productus fuerit, qui conqueritur: “Domine iudex, conqueror Deo et vobis super meum furem, quem cum apparenti furtu [s] captivatum et ligatum ad iudicium usque deduxi, quod venit intra meos quatuor angulos et subtraxit in mea bona, super quo bonum habeo testimonium cum aliis, qui meum clamorem audierunt, et ipsum volo vincere iure meo ac meo testimonio, ut hic michi ius dictaverit. Et requiro, quomodo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo.” Tunc sibi diffinitur metseptimus, si furtum presens fuerit. Idem iudicium fiat pro spolio et super raptorem.

[hasła: kradzież, złodziej, gorący uczynek, sąd, skarga, sędzia, dobra, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]

[61] [k. 40va] Hic stat Kunradus et conqueritur super Heynricum Deo et domino nostro, regi aut duci, aut vobis domine iudex aut toti universitati civitatis, tam divitibus quam pauperibus, quod ipse inter municipale venit ad locum talem, ubi Kunradus pace ac quiete perfrui debuerat et sibi obsidium fecit in strata regia pacem, et in eo municipali pacem infregit ac ipsum vulneravit ac ipsum spoliavit in corpore et in rebus suis, et in eo talem strepitum perfecit, quem bene ipse perficere potest, cum ipse in eo pacem violavit, et in eo strepitum commisit, tunc in persona propria ipsum cum clamore

proclamavit. Si hoc fa[k. 40vb]tetur diligit, si autem negabit, ipse eum vincere intendit per hos, qui suum clamorem audierunt ac suo testimonio. Et sicut ipsum in manifesto facto deduxit ad iudicium, sic in sententia requirit, quomodo ipsum vincere debeat, ut sibi proficuum sit in suo iure. Et sic diffinitur cum clamore metseptimus eum vincere debet.

[hasła: skarga, król, książę, sędzia, miasto, zasadzka, droga królewska, zranienie, pokój, gorący uczynek, sąd, wyrok, prawo]

[62] [k. 41ra] <De eodem xviii folio eiusdem libri a> <Was czu der gerade gehöret b> Si mulier recipit suppellectilia, ad que spectant oves et modele, et omnia cibaria et domestica, de quibus vir indiget ad unius anni revolucionem, que in sua possessione inveniuntur, ad mulierem pertinet medietas. Cum uxor moritur, proxima uxoris cognata recipit suppellectilia, que debet viro decorare suum stratum, ut stetit, cum uxor sua vixit, cum cussino, suum sedile, cum pulvinari suum stratum, cum lecto, cussinis et colcitra suam, sedem cum sedis tectorio, quod singulis diebus desuper iacuit, suam mensam cum mensali et manutergio. Hec nulla recipit pulmentaria.

^a ręką δ; ^b ręką niemieckiego komentatora

[hasła: gerada, mąż, krewna, część obowiązkowa, okrasa]

[63] [k. 41rb] <Qui monomachaliter suum et etc. a> Qui monomachaliter suum equalem salutare seu alloqui voluerit, hunc iudicem petere oportebit, ut se intromittere possit de uno suo pacis violatore, quem videat in presenti. Cum hoc per sententiam diffinitum fuerit, tunc etiam in sententia requirat, per quem modum se de ipso intromittere debeat, ut sibi in suo iure proficere possit. Tunc sibi de iure diffinitur, curialiter per horam vestimenti^b. Et cum de ipso se intromittat, pronuncciat sibi causam, pro qua se de ipso intromiserit, quod statim facere potest, si vult, aut pro eo habere colloquium. Tunc ipsum inculpare oportebit, quod in eo pacem infregerit aut in strata regia, aut in villa, qualiter infregerit, eodem modo super eum queruletur. Tunc ipsum iterum inculpet, quod ipsum depredaverit et eam vim in eo fecerit, quem bene probare poterit. Tunc vulnus cicatricem demonstrat, sit [s] vulnus sit sanatum. Tunc ulterius conqueratur, quod ipsum spoliaverit bonis suis et de ipsis tanta receperit, quod bene duellum [k. 41va]meretur. Hec tria criminalia facta omnia demeretur simul, de quocumque horum trium de uno obliviscitur aut tacuit, extunc suum duellum amisit. Tunc loquatur ulterius: tunc ipsum solum, hoc in persona propria et ipsum proclamari clamore. Si fateri voluerit, quod diligit, et si non fatebitur, ipsum omni iure vincere volo, ut michi vulgus iudicaverit, aut scabini, si sub banno regio fuerit. Extunc ille petat satisfacionem, quam sibi facere debet. Tamen vir potest suam querimoniam meliorare ante satisfacionem, si voluerit. Facta satisfacione ille suam exhibeat innocenciam, hoc est iuramentum monomachale, si ipsum iure incitaverit et si hoc fuerit, ibi est, si perficere potuerit pro inbecillitate sui corporis. Quivis vir potest se a duello excusare illi viro, qui sibi paris condicionis non fuerit. Ille autem, qui nobilioris nature fuerit,

ille preesse non potest [illi], qui deterioris nature fuerit, si ipsum alloquitur. A duello eciam cedere potest, qui post meridiem allocutus fuerit, nisi ante meridiem esset inchoatum, iudex autem eciam habere debet clipeum illi, super quem allocutum fuerit. A duello eciam excipere potest vir suos affines, si uterque suus affinis fuerit, hoc probare debet metseptimus tacto sacramento, et ita sangui/k. 41vb]nitatis linea coniuncti fuerint, quod simul pungnare non poterint. Iudex eciam duos nuncios dare debet cuilibet hiis, qui pungnare debet, qui videant, ut habeant attinencia secundum suam veram consuetudinem. Coreum et linea indumenta induere possunt, quantum placet. Capud et pedes ante nudi sunt, in manibus cirotecas habeant, unum gladium nudum in manu et alio cincti, aut duobus, hoc arbitrio eorum committitur, non clipeo [ss] rotundum in manu, non aliud quam lignum aut correum sit, preter manu tectorium, quod debet esse ferreum, unam tunicam absque manicis super preparamenta. Eciam iudex debet indicere pacem circa collum, quod nemo eos impediatur circa duellum. Cuilibet ipsorum iudex unum virum dare debet, qui flangam ferat, qui ipsos in nichilo impedire debet, nisi si unus cecidit, quod flangam desiderat. Quod idem facere, nisi voluntas iudicis fuerit, non potest. Postquam circulo pax indicta fuerit, ambo debent circulum affectare, quem ipsis iudex licenciare debet. Finalia ferrimenta de vaginis gladiatorum deponere debent, nisi a iudice licenciam habuerint. Ambo ornati ire debent ante iudicem, [k. 42ra] et ambo iurare debent: unus, scilicet actor, quod causa sit vera, pro qua super ipsum querelam fecerit, et respondens, quod sit innocens. Ipsos Deus adiuvat et suum duellum. Sol eciam ipsis debet dividi recte, quando primo conveniunt. Si vincetur ille, super quem conqueritur, iudicetur sententia capitali. Si autem vincerit, dimittetur cum pena et emenda. Actor primo circulum intrabit. Si alter diu tardaverit, iudex debet ipsum per preconem mittere vocare in illa domo, ubi se preperaverit, et duos iuratos cum ipso mittere debet. Sic debet citare primo, secundo, tercio, et si ad terciam citacionem non venerit, tunc querulator surgat et se ad duellum exhibeat. Et percuciat statim duos ictos et tercium figat contra ventum, cum eo suum adversarium devicit tali casu sive querela, pro qua ipsum fuerat allocutus. Eciam iudex sibi iudicare debet, sicut esset duello convictus, sic mortuus convictus, si in furtu aut in rapina, aut in tali casu occisus fuerit. Si autem mortuus cum septem testibus protestare poterit, extunc ad duellum se non indiget exhibere contra ipsum. Si autem alter agnatus mortui, quicumque fuerit, loco [k. 42rb] ipsius ad duellum se exhibuerit, hic extinguet omne testimonium, quia tunc ipsum absque duello vincere non potest, nisi fuerit prescriptus, ut superius est expressum. Sic vincetur et ille, qui ad duellum captivatus aut salutatus fuerit, aut promittit aut caucionem fideiussorie fecerit, conparuerit, conparere et non conparuerit ad iustam responsivam.

^a ręką α; ^b w rkp. resti[men]ci

[hasła: sędzia, pokój, wyrok, prawo, pojedynek sądowy, skarga, droga królewska, oskarżenie, rana, blizna, dobra, sąd królewski, ławnik, gwar, zabezpieczenie, przysięga, niewinność, niepełnosprawność, równy stanem, szlachcic, tarcza, miecz, krewny, zwyczaj, pięściarz, wola, powód, kradzież, świadek, krewny po mieczu, nawiązka, kara sądowa, mulkta, posiedzenie]

[64] [k. 43va] Qui vitam aut manum pecunia eximerit, quod iure meruerit, hic iure privetur. Qui manum eximerit iure perditam, iure privetur. Si tempore unius viri plura bona fuerint adinventata, quam quod suo iuramento exactionaliter comprobasset, et si fatetur eadem bona esse sua, tunc periurus existit et perdit ius suum civile et caret iure, propter quod dicitur infamis. Et quicumque periurus debeat protestari, hoc coram iudicio fieri oportet, quod causa sibi nominatur propter quam sit periuris. Et si fateatur, vel si bona sub ipso valeant premonstrari, pro quibus patenter iuravit, extunc periurius est convictus omni iure carens et suum perdit ius civile.

[hasła: utrata prawa, pieniądze, wykupienie od kary, kara śmierci, kara ucięcia ręki, przysięga, podatek]

[65] [k. 43vb] <Qui eciam fideiussor a> Qui eciam fideiusserit virum unum pro scelere ad statuendum ipsum coram iudicio, et ipsum statuere non potuerit, reconpensam ipsum solvere oportet, et sibi in suo iure non oberit illi, qui fuerat fideiussor, et nemo proscribi debet, nisi culpa ad collum vel ad manum pertransit.

^a ręką ε

[hasła: poręczenie, zapłata, wynagrodzenie, prawo, wina, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[66] Mulier pro armis bellicis dare debet gladium mariti vel suum rucinu[m] vel dextrarium meliorem sellatum et meliora arma, que habuit pro corpore [k. 44ra] <Das Capitulum Beweyssset was was gehoret czu der hergewette und czu der Leyppgeding a> unius viri, cum decessit in sua potencia, deinde dare debet pulvinar bellicale, hoc est lectum et duo cussina, et duo linthiamina, et unum mensale, et duas pelves, et unum manuterium. Hec sunt universalia arma bellica. Sed tamen diversa componunt, aliqui homines, que tamen ad ea non pertinent, sed quidquid ex eis nominatis mulier non habuerit, ad hoc non debet compelli, si iuramento probaverit pro qualibet re per se. Sed ubi patenter ostendi poterit, ibi vir nec mulier per iuramentum evadere possunt. Ubi duo vel tres ad una arma bellica nati fuerint, senior recipit gladium pro se et cetera dividunt inter se equaliter, ita quod senior dividit et iunior eligit. Ubi eciam duo vel plures unam simul habuerint hereditatem, ibi unus alium ad divisionem valeat coartare. Et ubi pupilli annos pubertatis non attingerint, eorum senior agnatus recipit arma bellica solus, et in eis est tutor puerorum quousque ad annos discrecionis pervenerint, extunc ipsis reddere tenetur et insuper omnia ipsorum bona, nisi eis rationem fecerit, quo ea ad eorum usum converterit, aut per spoliū aut per apparens infortunium absque voluntate ami/[k. 44rb]serit. Ipse eciam est vidue tutor, quousque maritum duxerit, qui paris condicionis fuerit. Post arma bellica mulier vite provisionem recipere potest et alia omnia, que ad suppelectilia pertinent, hoc sunt omnes oves et auce, ciste cum elevatis tecturis, aucas, strata, pulmenta [s], cussina, linthiamina mensalia, pelves, manuteria, lucibula, candelabra, semen lini et omnia muliebria vestimenta, annuli, et brachialia et crinicalia^b [s], psalteria et omnes libri, in quibus mulieres legere consueverunt, que [s] ad Dei servicium pertinent, sedilia et scrinia, capecia, vela, dorsilia, tectoria, balniamina et omnia pepla, et alia ornamenta capitis muliebria, hoc

est, quod ad suppellectilia femine pertinent. Et ad hoc diversa clenodia, que ad suppellectilia pertinent, singulariter non nomino, sicut sunt seticule, pectines, forpices, specula. Sed tela non incisa, nec argentum, nec aurum non textum non pertinet ad mulieres. Sed quidquid extra in rebus inventum fuerit, pertinet ad heredes. Si aliquid ex hiis obligatum fuerit circa vitam viri, qui mortuus est, redimerit, si vult, ad quem de iure pertinet. Sacerdos dividet cum fratre, sed non, qui monachus sit. Si puer infra [k. 44va] annos pubertatis religionem intraverit, bene potest exire inter annos, si vult, et ius observet feudale et terrestre. Si autem vir, qui dum pubertatis annos adimplevit, intraverit religionem, hic se a iure terrestri ac feudali alienavit, et sua feoda vacant, quia scutum bellicum resignavit. Quod hoc possit protestari per hos, cum quibus similem vitam visus est suscepisse.

^a ręką niemieckiego komentatora na górnym marginesie; ^b wyraz poprawiony, ponownie napisany na marginesie

[hasła: hergewet, gerada, kobieta, miecz, koń, mąż, przysięga, pełnoletność, lata sprawne, pupil, dobra, opiekun, wdowa, równy stanem, klejnot, srebro, złoto, kapłan, pełnoletność, zobowiązanie, kapłan, mnich, transakcja, lenno]

[67] [k. 45ra] De qua sententia prius requiritur, de hec prius diffiniri debet. Ambo actor et reus seu respondens possunt habere colloquia pro qualibet causa ter seu tribus vicibus, eosque ipsos prece revocet.

[hasła: wyrok, skarga, odpowiedź na skargę, pozwany, posiedzenie]

[68] In omni loco iuris est, ut iudex iudicet cum sententiis. Aperte vir non loquatur coram iudicio, postquam advocatum habuerit sive proloquutorem, nisi iudex eum requisierit, si in verbo consenciet sui advocati, bene potest dicere, ita vel non, aut desuper petere colloquium.

[hasła: sędzia, wyrok, sąd, pełnomocnik, posiedzenie]

[69] Si vir pro debito fideiussor fuerit et idem vir moritur sui pueri [k. 45va] non tenentur pro eo solvere. Si autem vir fideiussor pro pecunia fuerit, fideiussorem solvere pecuniam solvere oportet aut probare mettercius, quod pecunia sit integraliter persoluta.

[hasła: pieniądze, dług, ojciec, dziecko, dziedzic, zapłata, poręczyciel, poręczenie]

[70] [a] Si vir cum fustibus aut baculis percussus fuerit supra dorsum aut supra ventrem, et verbera flavea aut fusta fuerit et inflata fuerint, si desuper iudicem pro teste habere poterit et homines, qui hoc viderunt et audierunt, ipse est duellum propius super eos acquirere, quam ipse eum evadere possit suo iure, id est vincere eum cum testibus,

quam ipse cum testibus evadere possit. Si autem super caput aut brachia percussus fuerit, et si qualiter ostendi non possit, illi homines melius evadere possunt, quam ille super eos probare possit suo iure in sua sola manu. Si autem fatentur, quivis amittit emendam XXX solidos et iudex acquirit suam penam ·VIII· solidos. Si autem verbera mortalia fuerint, respondere [k. 45vb] tenentur cum duello et cum testibus, qui pro eodem iudicialiter fuerint impulsati. Si autem mortales non fuerint, respondebit unus cum duello et alii respondebunt absque duello, quia ipsi evadunt cum suo iuramento.

^a na marginesie rysunek dłoni

[hasła: pobicie śmiertelne, świadek, sędzia, pojedynek sądowy, bliższosc do dowodu, uwolnienie od skargi, przysięga, nawiązka, kara sądowa, mulkta]

[71] [k. 46ra] Si hereditas mortaliola sine herede inventa fuerit aut remanserit anno et die, regie cedet maiestati.

[hasła: kaduk, król, spadek]

[72] Si vir occisus fuerit, qui pueros tres aut plures habuerit, et vir unus pro eo iudicialiter impulsatus fuerit evaserit, ut ius dictaverit et si sibi super eadem querimoniam veram satisfactio facta fuerit, non debet in posterum ab aliis pueris pro eodem homicidio infestari.

[hasła: ojciec, dziecko, zabójstwo, prawo, uwolnienie od skargi, skarga, zabezpieczenie, gwar]

[73] <Si eiam iuramenta ^a> Si eiam iuramenta promissa venerint super diem ligatum, hec iudex protrahere potest super alium diem iudicalem, qui venerit extra dies ligatos. Et si eiam vir bal[k. 46rb]buciens vel alter, seu testis ipsius fuerit impeditus, ita quod imperfecte suum dixerit iuramentum, ille se ipsum emendare valeat, quociens impeditur et manebit de huiusmodi sive dampno. Si vir alteri iurare debet coram iudicio digne et sine pena, bene potest superponere absque licentia, quod per hoc non amittit.

^a na marginesie ręką α

[hasła: kara, przysięga, sąd, dzień świąteczny, sędzia, świadek, jękający się]

[74] <Cum quis equum arestat ^a> Si aliquis arestat equum et dicit, quod sibi sit subtractus aut eo sit spoliatus, ad hoc trahere debet, ut iuris est, tunc ille se bene ad suum venditorem trahere potest et venditorem bene nominare, super quem se traxerit, et iurare debet tacto sacramento, quod se ad verum trahat venditorem. Quodcumque [k. 46va] nominaverit, ibi eum sequi oportet, non autem ipsum sequi debet ultra Mare Aquilonis. Sed si sibi defectus fuerit et neminem pro se respondentem habuerit, utpote iudicio

venditorem habere non poterit, ut se coram iudicio iac[ti]tavit, extunc fideiussorem fideiussorie sibi faciat cautionem iudici pro pena et pro expensis, quas adversarius suus expendit, et diem nominare, quando ibidem debeat pervenire. Si autem dixerit, quod in foro communi vel libero emerit eundem equum, extunc suam pecuniam, quam pro eodem equo dedit, integraliter amittit, et illi suum equum reddere oportet, et nullam penam pro eo amittit.

^a *na marginesie ręką ζ*

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczenie, pieniądze]

[75] [k. 46vb] Quando iudex extorquet penam, ulterius nec aliquam aliam super hanc potest extorquere. Et si vir bona iudicialiter alloquitur, ut iuris est, aut hereditatem, pro eo non indiget iudicare quidquam, cum ipse sibi ad iusticiam iuvare teneatur. Et si sibi suam querelam tenere promiserit, etsi medio tempore concordatum per bonum pacis fuerit, pro eo non plus amittit, quam iudex suam acquirit penam.

[hasła: sędzia, kara sądowa, mulkta, dziedzictwo, prawo, sprawiedliwość, skarga, pokój]

[76] [k. 47ra] Si vir vulneratus aut trucidatus fuerit et conqueri noluerit, iudex ipsum nec ad aliquam querimoniam compellere potest ultra suam voluntatem.

[hasła: zranienie, otrucie, skarga, sędzia, wola]

[77] Et si vir proscriptus fuerit aut ad sententiam mortis iudicatus vel condemnatus fuerit, sua bona nullus recipere potest, quam sui veri heredes.

[hasła: kara śmierci, konfiskata dóbr, dziedzic, spadkobierca]

[78] [^a] Si vir moritur, qui habeat pueros et bona habuerit nulli donata pueri sui, sibi succedunt, si equales sibi fuerint in natura. Et si ex hiis pueris unus decesserit, mater sibi in sua parte succedit |— seu successerit ^b—|. Et mater cum hiis bonis nichil facere potest absque suorum heredum consensu aut voluntate. Si autem omnes pueri, patre mortuo, moriuntur, extunc bona sua heredant super suam matrem, et si post hoc mater decesserit ab hac luce, protunc eadem omnia bona heredant super suos [k. 47rb] proximiores heredes, sive sint masculi, sive femine, ex paterna vel materna consanguineitate. Etiam mater cum talibus innatis mobilibus bonis facere et dimittere potest sine suorum heredum consensu, sed cum heredibus stantibus et propriis nichil facere potest sine consensu et voluntate propinquorum heredum suorum.

^a *na marginesie rysunek dłoni; b podkropkowane celem skreślenia*

[hasła: ojciec, dziecko, dobra, spadek, równy stanem, matka, wola, zgoda]

[79] <Quando puer xii annorum fuerit ^a> Quando puer XII est annorum, tunc potest eligere pro sua voluntate quem voluerit pro tutore. Et qui suus tutor fuerit, matri rationem facere habet et adolescenti, quid cum bonis factum fuerit. Cum etiam puer fuerit XII annorum, extunc mundiburdus est {est} factus, et potest in eo iudicio perpetrare et etiam sua bona a se sine tutore alienare. Sed innatam hereditatem et proprium debet dare cum consensu heredum. Etiam iste puer ad responsionem de iure valeat coartari.

[hasła: dziecko, opiekun, matka, rachunek, sprawozdanie, transakcja, sąd, własność, zgoda rodziny]

^a na marginesie ręką α

[80] [k. 47va] Si vir alloquitur aliquem, qui suus sit illiber, si potest [k. 47vb] suam libertatem protestare, propius est evadere, quam ille ipsum vincere possit. Libertatem suam si probare potest cum tribus cognatis et cum tribus agnatis, sic metseptimus esse debet, sive sint viri sive femine.

[hasła: wolność, bliższosc do dowodu, uwolnienie od skargi, krewny po mieczu, krewny po kądzieli, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, mężczyzna, kobieta]

[81] [^a] Si aliquis super aliquem conqueritur pro debito aut pecunia ludo taxillis acquisita, pro eo respondere non habet. Etiam si conqueritur quis de alio pro cibariis preparatis et coctis, hic propius est obtinere iuramentis, quam ille ipsum evadere possit iuramentis.

^a na marginesie rysunek dłoni

[hasła: gra, dług, przysięga, bliższosc do dowodu]

[82] Qui se subtraxerit a descriptione et solutus, iudicatus fuerit, iudex suam in eo obtinebit penam. Et si sibi iudex fateri noluerit, ipsum bene potest [k. 48ra] deponere et protestare per unum, qui eodem interfuit iudicio, quia nec captivus iudicio apparuit, nec proclamatus. Si aut ipsum iudex in posterum obiurare voluerit, ipsum in nullo ulterius obiurare et agravare potest, quam ad suam penam, si super eo testes habuerit, quod se extra descriptionem obiuravit.

[hasła: kara, sąd, uwolnienie, sędzia, świadek, przysięga]

[83] Si servus deservitum precium super suum dominum obtinuerit coram iudicio, pro eo dominus nullam iudici demeretur penam et dominus servo solvere hoc tenetur die eodem.

[hasła: sługa, mulkta, sędzia, zapłata]

[84] [k. 48rb] Si vir conqueritur super alterum pro suo debito cum testibus, hoc bene potest obtinere cum viris fidedignis, qui in suo iure non possunt reprobari. Ita tamen, si ille se dicit innocentem. Si autem respondens se dixerit debitum persolvisse, extunc impedit sibi suum testimonium. Tamen bene probare potest cum viris fidedignis mettercius tacto sacramento.

[hasła: skarga, dług, świadek, niewinność, zapłata, przysięga, samosiódm, współprzysiężnik]

[85] Si vir super virum conquestus fuerit et satisdacionem pecierit, alter eam negare non [potest], quin eam sibi faciat, si per sentenciam ipsum ad hoc compulserit. Si autem satisdacionem fecerit sibi, ad suum ius non nocet, nec ille plus lucratur cum \vdash fed ^a \vdash satisdacione, qui eam petit, nisi quod ipsum nullus amicorum suorum ammodo [k. 48va] impedire potest pro hac causa. Satisfaccione facta suam querimoniam meliorare non potest.

^a skreślenie ręką autora podstawy

[hasła: skarga, gwar, zabezpieczenie, wyrok, prawo, krewny]

[86] [^a] Omnis querela, que ad iudicium pro capitali crimine in facto manifesto deducta fuerit, debet conqueri cum clamore propter factum manifestum, quod ostendi debet. Manifestum factum ibi est, ubi vir cum furtu aut preda captivus ad iudicium deductus cum clamore fuerit. Item manifestum factum est ibi eiam, ubi apud unum cultellus aut gladius aut alia arma in manu sua deprehensa fuerint, cum qua

pacem violaverit, aut si in fuga captivus fuerit et captivus ad iudicium deductus fuerit cum clamore. Hunc actor metseptimus vincere debet circa ius pacis, si manifestum factum cum reo ad iudicium deductum fuerit. Manifestum factum proba cum clamore metseptimus. Sequitur in Thewtunico Capitulum.

^a na marginesie rysunek dłoni

[hasła: skarga, kara śmierci, sąd, gorący uczynek, kradzież, miecz, nóż, sztylet, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, prawo, pokój, pozwany]

[87] [k. 48vb] [^a] In iudicio burgrabii Maÿdeburgensis potest vir pro debito bene querulari, sed actorem oportet de uno iudicio burgrabii ad aliud iudicium suam sequi querelam, ita semper quod suo adversario denunciaret. Si autem querimonia super virum cum testimonio facta fuerit in eodem iudicio pro debito, et si dicit, quod persolverit, hoc probabit per homines fidedignos, quam ille ipsum vincere possit, quod

facere potest incontinenti, si vult, [k. 49ra] aut per sex ebdomadas in iudicio sculteti. Si autem vir iuramentum unica manu prestare debet, hoc in eodem iudicio facere oportet.

na marginesie rysunek dłoni

[hasła: burgrabia, Magdeburg, dług, powód, sąd, skarga, zapłata, świadek, termin, sołtys, przysięga]

[88] Iudex debet iudicium exercere, et de eo temptare cuotidie in vero iudicii loco, nisi sit, quod vir conqueri pro debito absque testibus voluerit, quod ubilibet iudicare potest sine mora. Iudex eciam iudicium tenetur conportare, et non actor neque reus. Reconpensam et emendam et penam iudicis [k. 49rb] solvere debet ad diem, ut fuerit tunc pagamentum consuetum diffinitum. Reconpensam et emendam actor et penam iudici.

[hasła: sędzia, sąd, świadek, skarga, zwłoka, zapłata, kara sądowa, mulkta, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie, zwyczaj, powód]

[89] <Si viro sua bona a> Si viro sua bona sua publicata seu fiscata fuerit iure, in eo ille possideat, qui hoc in fiscacionem induxerit cum fiscacione tribus diebus ac noctibus. Insuper in eo debet comedere et bibere, similiter et dormire. Deinde debet coram iudicio pronuncciare tribus vicibus semper ad duas ebdomadas, ad quartum iudicium iudex sibi pacem desuper formare debet, et sibi apropiare, et sentenciis scabinorum. Vendere potest cum scitu. Si aliquid ultra suum debitum superfuerit, cum scitu illi reddere [k. 49va] debet, cuius fuit hereditas. Sed si deficit, agat ulterius.

na marginesie ręką η

[hasła: konfiskata, dobra, posiadanie, sąd, krewny, termin, sędzia, pokój, wyrok, ławnik, sprzedaż, dług, dziedzictwo, własność]

[90] Si vir alloquitur bona vel pannos aut quidquam suarum rerum fuerit, quod sibi subtractum fuerit, ad hoc se unica manu trahere debet et iurare tacto sacramento, quod tunc suum fuit et nunc suum sit, cum sibi subtractum seu raptum fuerat. Si autem equus fuerit, quem vir alloquitur, quod sibi subtractus, aut eo spoliatus sit, et ad hoc se trahere debet, cum suo dextro pede calcare debet equo supra suum pedem anteriorem, et sinistra manu equum capere per dextram aurem, et petere debet reliquias et prolocutorem. [k. 49vb] Et iurabit equo super capud tacto sacramento, quod tunc suus fuit et nunc suus sit, cum sibi subtractus aut eo depredatus fuerit. Extunc ille se ad suum venditorem trahit, ibi eum sequi oportet, nisi trans Mare Aquilonis. Arestatur oportet iurare, quod se trahit ad verum suum venditorem. Si autem dixerit quod equum emerit in foro libero et communi et venditorem habere non possit, extunc equum amittit et argentum pro eo datum et non amittit aliquam penam.

[hasła: skarga, przysięga, konfiskata, koń, kradzież, sprzedawca, srebro, kara]

[91] [50ra] <post mortuam manum ^a> Si vir super virum <de eodem quem xxviii folio ^b> conqueritur pro debito manu mortis, et ipsum informari voluerit secundum edictum iuris, hoc facere potest tacto sacramento, si consenserit sola manu. Si autem dixerit hic, super quem querimonia prolata fuerit, quod de debito nesciat vel in eo sit obligatus, aut quod ille persolvit, hoc oportet iurare metseptimus tacto sacramento post mortuam manum, hoc statim facere potest.

^a na górnym marginesie ręką γ; ^b na marginesie ręką δ w ramce

[hasła: skarga, dług, prawo, przysięga, zapłata, zobowiązanie, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]

[92] [k. 50rb] <Si vir cum scitu ^a> Si vir cum scitu ad iusticiam contra alium se exhibuerit, et alter noluerit aut spreverit, et vulneret illum non querulando absque iure, et ille vulneratus venerit ad defensionem et vulneret illum mutuo, et hic, qui primo vulneravit suum adversarium, prius ad iudicum veniat et conqueratur, alter, in quo pax violata sit, eciam postea veniat circa lucem diei et dicat, quod initium illius fuerat et non suum. Si hoc, ut iuris fuerit, metseptimus protestabit cum probis hominibus, qui viderunt et audierunt, vel qui presentes fuerunt, aquisivit primam querelam. Vir potest filium suum unica manu eximere, qui est in pane suo non uxoratus, tacto sacramento sic, quod filius suus reus non sit.

^a na marginesie ręką η w ramce

[hasła: sprawiedliwość, zranienie wzajemne, skarga, obrona, sąd, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, syn, zastępstwo]

[93] [k. 50va] <Quando femina vinci potest et quomodo evadere potest bonum ^a> Si femina deprehensa fuerit in facto manifesto in homicidio aut vulneribus duello dignis, hanc vir propius est vincere metseptimus cum hominibus fidedignis, quam innocens fieri possit. Extunc ipsam iudicium pati oportet. Si autem vir querelam super feminam pro homicidio aut vulneribus, quod eadem die factum sit ac visum, et si femina caucionem fideiussorie [k. 50vb] fecerit supra ius, de quo femina propius est evadere metseptima cum hominibus fidedignis, quam aliquis eam vincere possit. Si autem mulier inculpatur pro querimoniis pernoctatis, de quo propius est evadere femina propria manu tacto sacramento, quam eam aliquis vincere possit, aut aliquid inposterum contrarium pati.

^a na górnym marginesie ręką γ

[hasła: kobieta, zabójstwo, zranienie, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, niewinność, skarga, uwolnienie od skargi, zwłoka]

[94] <Si vir duplices pueros habuerit a> Si vir plures pueros habuerit et primos antea [k. 51ra] extradicavit exponendo, et si secundis aliquid postea dederit in suis bonis, et moriatur idem vir, hoc secundi pueri ante tollunt. Extunc quidquid superfluum fuerit, hoc equaliter inter se dividunt, cum omnes equales sibi fuerint in natura.

^a na dolnym marginesie ręką β

[hasła: dzieci, wydzielenie, darowizna, dobra, równy stanem, podział]

[95] <de eodem †xx† c[apitulum] v a> Si vir scabinum in scampno incidenter in iudicio bannito increpaverit, si hoc probaverit per suos consodales, qui hoc audierunt, illum oportet emendam dare scabino et iudici penam. Scabini si in una sententia non fuerint unanimes, vel eam ignotantes, extunc eadem ad secundam [s] vel ad terciam [s] proximum iudicium valeant dilatare, extunc eam inferre debent, vel mittere eam ferre illuc quo conpetit si nequeant invenire et non diucius prolongare.

^a ręką β

[hasła: ławnik, sąd wyłożony, zniewaga, sędzia, kara sądowa, mulkta, nawiązka]

[96] [k. 51rb] [^a] Si super virum querimonia facta fuerit pro homicidio aut vulneribus, et ipse accomodaverit circa suam hereditatem ad conparendum, et si non conparet, et profugus factus fuerit, tunc debet vocari clamore, ut iuris est. Et si non conparet iudicio, tunc debet proscribi et reconpensa super suam hereditatem computatur, et iudici sua pena. Et eciam nullus alcius cogi potest vir caucionem iure fideiussorie facere, nisi prout extendit fideiussorie nullus altius ponat, quam sua reconpensa, nisi debitum se ad maius se extendit, tunc oportet sua reconpensa, nisi pro debito, quod maius sit.

^a na marginesie rysunek dłoni

[hasła: skarga, zabójstwo, zranienie, ucieczka, prawo, sąd, zapłata, wynagrodzenie, dziedzictwo, spadek, kara sądowa, mulkta, poręczenie, zabezpieczenie, dług]

[97] [k. 51va] Si casu contencio oritur clara die, si probus vir pro eo accusetur, qui ibi visus non fuerit, de quo propius est evadere metseptimus cum hominibus fidedignis, qui presentes fuerint, quam in eo duellum acquirere possit. Si autem super virum ydoneum circa noctis tempestatem querimonia facta fuerit pro homicidio aut vulneribus duello dignis, que tempore noctis facta sunt, de quo propius evadet metseptimus cum hominibus bonitate probatis, circa quos tunc fuit, cum hoc factum perpetratum erat, ita quod sit de facto innocens.

[hasła: skarga, bliższość do dowodu, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pojedynek sądowy, zabójstwo, zranienie, przestępstwo nocne, uwolnienie od skargi, niewinność]

[98] [k. 51vb] Quem vir pro advocato rogaverit, hunc causam suam tenere oportet iure, nisi se excusaverit cum pena.

[hasła: pełnomocnik, prawo, kara]

[99] Et quando vir moritur, tunc uxori debent dari et suppellectilia, oves et de iure inserere, ubi ierint. Nemo potest nec pro homicidio, aut vulneribus, seu pro aliquo debito suum iuramentum probare incolatum. Consules si iuramentum unius viri receperint, quod secundum iustam sententiam civitatis et statutam, consuetudinem exactionem dedisset, et si tunc post mortem illius iurantis plura bona sub ipsius possessione fuerint inventa, quam perexactionata fuissent, illa bona consules non habent recipere, sed ipsius defuncti heredes nisi aliquis heredum denegata eadem bona coram iudicio vel sedenti consilio recipere abrenunciasset, extunc [k. 52ra] ipsa bona consulibus pro utilitate civitatis permanerent quemadmodum arbitratur.

[hasła: podatek, rajca, przysięga, statuty, zwyczaj, spadek]

[100] Ubi etiam vir iuramentum promiserit coram iudicio pro enormibus verbis aut depilatione, verberibus vel sanguinis efusione, de quo solutus dimitti non potest, nisi voluntas iudicis fuerit aut consensus. Actor etiam si reum pro iuramentis promissis † culta Dei ^a † causa Dei vel petitionis hominum dimittere voluerit absolutum, extunc iudici etiam competit ad hoc dare suam voluntatem. Et si suum consensum noluerit adhibere, tunc actorem iuramenta accipere oportebit, vel iudici demeretur in pena octo solidorum, et non plus pro causis singulis specialiter et^b quibus ius etiam.

^a skreślone przez autora podstawy; ^b napisane na ex

[hasła: przysięga, sąd, zniewaga, wola, zgoda, zranienie, powód, pozwany, sędzia, przysięga, mulkta]

[101] [k. 52rb] Quando pupilli suum verum tutorem non poterit habere, eousque nullus ipsos ad aliquam responsionem seu responsivam iudicalem deducere potest, nisi prius ad annos pervenerint pubertatis.

[hasła: pupil, opiekun, lata sprawne, skarga]

[102] <Si aliquid fuerit abedificatum ^a> Si vir super alterum conqueritur, quod sibi aliquid abedificaverit de suis bonis aut de hereditate, hoc ille possibilis obtinet, qui habet in possessione unica manu, nisi ipsum cum testimonio fuerit allocutus. Extunc possessor cum testibus servat, si vult mettercius.

^a na górnym marginesie ręką γ

[hasła: dobra, dziedzictwo, spadek, posiadanie, świadek]

[103] Eousque cives Meÿdebur[k. 52va]genses veram accionem aut responsionem tenuerint et se coram suo domino pontifice aut burgravio aut sculteto ad iusticiam exhibuerint circa civitatis ius, tunc nemo eos extra civitatem in alio iure occupare, seu contra eos agere in iudicio potest alieno.

[hasła: mieszczanin, Magdeburg, burgrabia, własność sądowa, prawo miejskie]

[104] <Nullus alterum debet impedire in iudicio ^a> Nullus alterum impedire debet coram iudicio, postquam in iudicium bannitum fecerit cum iniuria, talibus impedimentis, que ipsum impedire possint in sua querela, sicut clamore aut turpiloquiis, aut ceteris insolenciis. Si hoc contra iusticiam fecerit, et si paciens ipsum protestare poterit cum iudice et scabinis, extunc suam acquirit penam. Si contingerit in iudicio castellani, tunc tria talenta demeretur, et in iudicio sculteti octo solidos. Et ubi homo suam emendam acquirit, ibi et iudex suam penam acquirit.

^a na górnym marginesie ręką γ

[hasła: sąd wyłożony, skarga, przeszkoda, sprawiedliwość, sędzia, ławnik, nawiązka, kara sądowa, mulkta, kasztelan]

[105] <Si iudex aliquem inpedierit in sua querela vide infra ^a> Nunc attentatis super eo, si scultetus aliquem inpedierit in sua querela et sibi iusticiam non fecerit, et hoc sibi iniuste recusat. Si pro eo coram castellano aut advocato impulsatus fuerit cum testibus, extunc ipsum cum testibus evadere oportet. Testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali ipsum testimonio iudicem evadere oportebit, sive sint scabini aut alii astantes iudicio. Si autem coram iudicio bannito actum fuerit, tunc melius potest vinci testibus iure, quam ipse cum testibus evadere possit. Si autem vir cedere voluerit a testimonio et ipsum inculpare pro suo scitu, de quo unica manu evadere potest. Quando querimonia coram advocato super ipsum scultetum facta fuerit, pro [k. 53ra] hac causa pro eo respondere oportet sine mora, ita quod ibi iudicium bannitum, quia ipsum oportet, ibi esse presentem, nisi legale inpedimentum fuerit. Quod statim probare oportet. Si hoc non ostenderit et non nominaverit, et \vdash^b hoc pro iusticia facere denegaverit se excusare de sua iniuria, quam exercuit, et se ad iusticiam exhibere [debet], extunc condempnatur advocato in decem talentis idem scultetus et illi suum debitum, de quo negavit, facere iusticiam, et medio tempore quo illo non solvit solus, aut se iure excusaverit iudicio proximo, nullius iudex esse potest, nisi se ex hac culpa eximerit, secundum ut est premissum. Si autem pro facto criminali fuerit, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro homicidio aut vulneribus, aut furtu, aut spolio, aut ecclesie violencia, aut incendio, aut hiis similia, que criminalia facta tanguntur, idem iudicium super eum ire debet, quod super illum ire debuerat, pro eo nec reconpensa, nec aliquid

facere potest, si in hiis vincitur, ut iuris est. Si autem unus vir pro debito in captivitatem publicam presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum evaserit aut amiserit absque sua culpa ac negliencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvet integram reconpensam et hoc ipsum tacto sacramento iurare oportet, si [k. 53rb] sibi parcere noluerit, quod ipsum absque omni sua culpa evaserit. Integra reconpensa facit XVIII talenta, media reconpensa facit novem talenta.

^a na górnym marginesie ręką γ; ^b skreślone ręką autora podstawy

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik sędzie, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]

[106] [k. 53vb] <Hic attendatur, si advocatus ^{†iust†} iniuste iudicaverit ^a> Nunc de advocato attendatur, si non iuste iudicaverit, cum sibi querulatur, et hoc propter amorem aut munera, aut ob aliquam causam dimittit, vel si solus noxam fecerit iniustam, quod de iure facere non debuit, postquam ad iudicem sit electus ius confortare et iniurias debilitare. Si querela super eum in iudicio suo fuerit facta, tunc scultetus iudex esse debet super advocatum, et per hoc cogitur cum sentenciis, quod ante ipsum oportet respondere, ut in posteris patebit. Petat advocatum surgere per sententiam, quod super ipsum habeat querelam seu querulare et sentencialiter petat, ut alium ponat iudicem loco suo, hoc ipsum facere oportet. Et tunc locet scultetum, qui sibi debet iudicare simili modo, ut advocatus super scultetum iudicare debuit, eodem modo scultetus iudicet advocatum. Idcirco advocatus bannitum iudicium absque sculteto habere non potest, quia coram eo se ad ius debet [k. 54ra] exhibere debet, si super ipsum lice [s] aliquis querulatur. Si autem hoc contra iusticiam anno et die recusaverit, extunc terre iudicium vacat, quod ab eo habuit, et regi bannum, si cum sententiis observatur.

^a na górnym marginesie ręką γ

[hasła: wójt, skarga, wyrok niesprawiedliwy, sołtys, sędzia, odpowiedzialność, sąd wyłożony, rok i dzień, termin, sąd królewski]

[107] [k. 54rb] <De querimonia de mulierum ^a> Insidias et stupra et domorum irruenciam burgrabius iudicat et nullus alter nec eciam scultetus. Si domorum irruencia probabiliter ostendi potest cum vulneribus vel edificio vulnerato, si super iudicem et clamatores in testimonium poterit habere, extunc ille propius sibi cum duello debet respondere, quam ille suo possit evadere iuramento.

^a na marginesie ręką ζ

[hasła: zasadzka, gwałt, napad na dom, burgrabia, rana, sędzia, odpowiedzialność, pojedynek sądowy, przysięga]

[108] <De domorum irruentia ^a> Si quis alteri fecerit domorum irruentiam die ac nocte, et si ipse illum detinuerit in facto manifesto, et ipsum captivum cum clamore [k. 54va] adduxerit ad iudicium, si super clamatores habere poterit metseptimus suorum vicinorum, et si factum ostendi potest, ut iuris est, illi ad collum transit. Si autem factum manifestum ostendi non potest, extunc ille propius est evadere metseptimus, quam per eum vinci possit.

^a na marginesie ręką ζ

[hasła: napad na dom, przestępstwo nocne, przestępstwo za dnia, skarga, sąd, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, krewny, kara śmierci, prawo, gorący uczynek]

[109] Et si vir suam tenere promisserit querelam, et si medio tempore concordia fuerit facta, extunc pro eo non plus amittit, nisi iudici penam.

[hasła: skarga, ugoda, kara sądowa, mulkta, sędzia]

[110] Si vir querulatur super alterum pro debito, [k. 54vb] <Pro debito patris ^a> quod sibi pro suo patre teneatur, ipse debet super eo, ut iuris est, informari. Si autem voluerit iurare, quod pater suus hoc debitum persolvisse, hoc ipsum facere oportet metseptimus post mortuam manum. Si autem dixerit, quod hoc debitum solus persolverit, hoc mettercius iurabit heres. Si de debito sui patris recognoscit, hoc solvere debet, in quantum recepta hereditas se extendit. Et si solvere noluerit vel heredes hoc consentire recusant, tunc sibi hereditas sua vel proprium potest iudicio possideri pro isto debito et acquiri, aliter ille constringi non potest suam hereditatem et proprium.

^a na górnym marginesie ręką γ

[111] <Si pecus fecerit dampnum ^a> Si quis equum aut canem habuerit vel aliud pecus quodcumque sit suum, quod careat loquela, si hoc fecerit dampnum, et si dicit suum non esse dampno perpetrato, sibi hoc in suo iure [k. 55ra] non nocebit.

^a na dolnym marginesie ręką γ

[112] Si quis spoliaverit suos civitatum homines, qui proprium aut feodum vel hereditatem habuerint intra municipale et si hoc non prehabita faciat querela ante dominum vel ante suum iudicem, illi sua edificia adiudicari debent supra curiam et execari, et edificia illa erunt omnia, et hoc omnibus hominibus publicatur. Si autem iudicialiter edificia fuerint abiudicata, ita quod femina aut puella ibi fuerit stuprata intra illud edificium, eciam debet resecari et abinde nullas deduci.

[hasła: własność, lenno, dziedzictwo, mieszczanin, sędzia, budynek, konfiskata, kobieta, dziewczyna, gwałt]

[113] [k. 55rb] <Iuramentum Iudeorum a> Hoc est illud iudicium et iuramentum, per quod vel cum quo Iudeus iurare debet sive evadere debet Christianum^b, quod scriptum est in iure imperatoris. Ipse debet verti contra solem seorsum et stare nudipes super unam sedem, pallio indutus et pilleum Iudaicum habere debet super caput. Et si lapsus ter fuerit, totidem unum fertonem amittit. Et si quarto cadet, extunc reus manet in causa, tunc dicit ille: “Ego te moneo, N., Iudee, per has tres litteras et per hanc legem, quam dominus dedit Moysi in tabula lapidea in monte Synai, quod iste liber aut rodale verum et iustum sit, super quod tu N. tali nomine pro tali causa sine culpa pro qua te huc ad responsionem iure deduxit.” Extunc debet sic iurare: “Quod tu in hac causa reus non sis, qua te hic idem Cristianus inculpet, quod te Deus adiuvet. Idem Deus, qui fecit celum et terram, aerem et rorem, montes et valles, frondes, gramina et flores. Et si reus sis, quod terra te absorbeat^c, que Dathan et Abyron absorbuit, et si reus sis, quod te venenum, gutta et lepra invadet que precibus Elisei Naaman Sirum dimisit et Yesi invasit. Et si reus sis, quod te ignis celestis conburet et caducus te invadet morbus, et sangui[ni]s [k. 55va] fluxus. Et tibi accidet, ut uxori Loth, que transmutata fuit in statuum salis, dum Sodoma periit et Gomorra. Et si reus sis, quod tu pereas in tua anima et in tuo corpore et tuis rebus, et si reus sis, quod ad synum^d Abrahe non pervenies, et eciam ad resurreccionem nunquam pervenies, ubi Christiani^e, Iudei et gentiles ante Creatorem omnium resurgent. Et si reus sis, quod te lex deleat, quam Deus dedit Moysi in monte Synai, quam Deus solus scripsit digitto suo super tabulam lapideam, [f] et eciam te confundat omnis scriptura, que scripta est in quinque libris Moisi. Et si tuum iuramentum non fuerit iustum et mundum, quod te deleat Adonay et sua deitatis potencia. Amen.” Nunc omnes dicite: amen, amen.

^a na górnym marginesie ręką zapewne identyczną z autorem C not w rejestrze artykułów; ^b xpianu[m]; ^c w rkp. obsorbeat; ^d podkropkowane, niewykluczone celem skreślenia; ^e xpiani; ^f zamazane dwie litery

[hasła: przysięga, Żyd, Chryścijanin, prawo cesarskie, Mojżesz, Synaj, powód, Sodoma, Gomora, Lot, Datan, Abiram, Elizeusz, Naaman, Jozue]

[114 cz. I] Nunc placeat audire et intelligere, quomodo presens scriptum informat ex relatione veridica. Primo de Imperio et quomodo terre Saxonie ius suum ab inicio fuerit constitutum et confirmatum in suo iure, sicut ab antiquo tempore Babilonia tenebat. Ibit [s] stetit Imperium et regnabat potenter per omnia regna, quia Nemroth gentilis rex primo Babiloniam edificavit et circumcinxit civitatem nimia amplitudine et edificavit in ea multas et altas municiones, und[e] usque in presens municipale. Et ibi erat manens idem rex Nemroth ac duces multi et ceteri viri famosi, qui vero nunc mercatores vocantur, et omnes uno utebantur iure, quod municipale ius appellatur, ut und[e] in libro presenti patebit. Und[e] nomen sorciebatur absque cuiulibet transmutacione. [k. 56rb = XXX] De imperio quamdiu stetit et de eius potencia. Nunc dicetur quamdiu stetit Imperium et potenter absque permutacione usque ad Greciam a tempore Darii Secundi, aut ultimi, quem rex Allexander maximis et sediciosis devicit bellis. Tunc transmutatum fuit Imperium a Babilonia et stetit in Constantinopolym

usque ad illud tempus, quo se Roma de Imperio intromisit, et potenter tenuit usque ad presens tempus ex parte beati Petri, qui caput est Christianitatis. Cum Imperium Roma[m] versum fuisset, ibi stetit, ut patet in premissis. Tunc Cristiani absque iure fuerunt, idcirco quivis pro sua in terris faciebant voluntate, aut quid facere poterat et perficere, et hoc absque querela permansit et per iudicium inultum, quia nullum fuit, ubi quis iusticiam consequi posset, et usque tempus perseveraverit. Et ipsi ibi venerunt et iusticiam consecuti fuerunt, eciam ibi exhibuerunt manus, und[e] manu potestate obtinuimus usque in presens. Tunc Roma convenit et decreverunt deliberando, quomodo sibi regna subiugare possent. Ac omnes unanimi consensu et pari consilio concordaverunt, quod edificarent castra in terris, und[e] sibi terras possent subiugare. Et cum hoc fecissent, tunc arbitrati sunt sibi, quomodo castra confortarent, ut ipsis esset in iuvamen^a. Et illos acce[k. 56va]perunt, qui nomen militare habuerunt, et eos super castra locaverunt cum tali iure, ut usque castrense ius tenet in castrensi feodo. Extunc deliberaverunt, qualia iuris statuta terris constitu[e]re vellent in terris tale ius constituerunt, quale adhuc terra Saxonie protestatur, per Constantinum imperatorem et per Cawlum cesarem.

^a *możliwa lekcja iuvamine*

[hasła: cesarz, cesarstwo, Saksonia, Babilon, Nemrot, prawo miejskie, Grecja, Dariusz II, Konstantynopol, Aleksander Wielki, cesarstwo, św. Piotr, Cesarstwo Rzymskie, chrześcijaństwo, Chrześcijanin, sąd, Rzym, rzymianin, zamek, zgoda, rada, prawo, Saksonia, Konstantyn Wielki, Karol Wielki, książę]

[115] [k. 57ra = XXXI] Nunc audire et intelligere potestis, quod de principibus ac baronibus, et hiis omnibus, qui digne nomen sorciuntur, quomodo ipsi cum Romanis sunt arbitrati, quod scire vellent, quo iure Imperium debet permanere. Et statuerunt regi ius cum consilio, quod ipse sedem Rome regna regere deberet ex parte beati Petri cum gladio seculari, und[e] adhuc Romanus advocatus appellatur. Idcirco vitam suam non potest demereri, nec in suo |iure^a| honore debilitari, nisi tribus causis, que in sequentibus patebunt. Quarum prima est illa, si sedem Romanam destruere vellet. Secunda est, si sedem contra Catholicam facere vellet. Tercia est, si causa legali vellet suam legittimam dimittere uxorem. Quorum trium de uno, si quod absit, fuerit convictus, extunc debet iudicari, hos omnes, qui noxam et iniustam fecerunt, aut qui caput demerentur. Et insuper omnibus commisit, quod iudicis nomen censeatur [k. 57rb] cum protegere viduas et pupillos, et domos Dei, et omnes iniurias humiliare et iusticiam confortare. Insuper iudicium conmisit omnibus iudicibus temporalibus, cum eo iudicare super omnes, qui in maleficiis fuerint deprehensi in facto manifesto, et ad iudicium capti, deducti et fuerint convicti, ut ius dictaverit. Ibi omnes iudices soli debent iudicare, vel preco ipsorum loco. Eodem modo ut iudices habent temporalem gladium a rege. Eodem modo sacerdotes habent spiritualem gladium ab Apostolico.

^a *skreślone przez autora podstawy*

[hasła: cesarstwo, św. Piotr, Rzym, chrześcijaństwo, baron, miecz, katolik, wdowa, sprawiedliwość, gorący uczynek]

[116] [k. 57va] Nunc attendatis, quis cesarem iudicare debet, si ex hiis tribus premisis in uno fuerit convictus. Hoc facere debet Sacri Imperii Renensis palatinus, [k. 57vb] qui imperatori ac Imperio fuerat ex arbitrio positus. Simili modo, ut palatinus imperatorem debet iudicare, eodem modo iudicat burgravius marchionem pro sua culpa, et burgravium scultetus.

[palatyn reński, marchia, burgrabia, sołtys, cesarz, król, lenno]

[117] Extunc mercatores dicebant ad cesarem, quod libenter scire vellent, in quo permanere possent. Tunc iudicavit ipsos imperator cum consilio Romanorum ad aquas navipotentes, quod edificarent civitates firmas cum turribus. Tunc plus dixerunt ad imperatorem, quod libenter scirent, quo iure stare deberent. Extunc imperator dedit ipsis tale ius, quale cottidie in sua curia solebat habere. Et hoc confirmavit eis cum consilio Romanorum et veridicis signis. Et suam manum ex[k. 58ra]hibeat, quam apprehendit quidam mercator, et dextram cirothecam sibi de manu traxit, super quo pax beati Petri fuit confirmata. Quod hucusque permanet in exemplum, ubi nove civitates edificantur super forum. In eo probatur et apparet, quod cum voluntate regis est factum. Sic ex quo municipale ius ab antiquo hucusque permansit et ab Imperio confirmatum et nomen obtinuit usque ad diem presentem.

[hasła: kupiec, cesarz, rzymianin, św. Piotr, miasto, rynek, krzyż, wola, król]

[118] [k. 58rb] Nunc attendatis de civitate Maydeburg. Cum primo Maydeburg locata fuerit seu fundata imperatoris Octonis Magni consilio, et cum terre arbitrio, et fuit stabilita in suo iure, sicut nunc tenet in suo iure municipali secundum consuetudinem antiquorum, et Hallis civitas ex ea est fundata, idcirco uno utraque utitur iure. Eapropter omnes de Polonia et Bohemia, qui sub iure Tewtwnico sunt locata [s] et de marchia et de Mýsnensi provincia, et de marchia Luzinensi, hii omnes in Hallis ius suum recipere debent, et de civitatibus, que in hiis strictibus sunt locate. Et si sententiam ignoraverint aut defectum in ea habuerint, hanc oportet querere in Maydeburg. Idcirco, quia omne municipale ius protegit, quod iure terrestri fieri non potest, quod cum sententia reprobata de marchia ad comitatum [k. 58va] trahi possit, quia marchio secundum suum arbitrium aut propriam gratiam iudicat, quod comes non facit, sed iudicat sub banno regio. Hoc idem fit in omnibus civitatibus, ubi est bannum regium, ubi vir demeretur tria talenta iudici feodato sub regio banno. Si autem iudicatur sub banno regio, tunc sculteto octo solidi demerentur de iudicio sentenciis scabinorum. Idem fit burgravio. Scabini xi debent esse, et scultetus sit duodecimus, quia burgravius primam sententiam debet diffinire. Quia burgravius nullum iudicium absque sculteto bannitum potest habere, nec scultetus absque hiis xi scabinis in vero loco iudiciali.

[hasła: miasto, Magdeburg, Otto Wielki, prawo niemieckie, zwyczaj, Halle, Polska, Czechy, Miśnia, Marchia Łużycka, wyrok, skarga, sąd królewski, sołtys, sędzia, ławnik, burgrabia, sąd wyłożony]

[119] [k. 59ra = XXXIII] Nunc attendatis de Hallis, ubi ius suum querere debet, si ipsum ignorant, aut si ipsis sententia fuerit reprobata. Hanc in Maydeburg querere debet et Maydeburgenses ipsis dare debent ante quatuor scampna et scabinis ipsorum ius dari debet, quia in posterum oportet eos esse testes, si fuerit necesse, quod sua sententia rite ac rationabiliter sit data absque qualibet contradiccione. Et ibi nuncii presentes esse debent, ubi sententia diffinitur, ex utraque parte, ubi sententia reprobata fuerit, qui audierunt et viderunt, quod utrique iusticia fiet. Et iudex ipsos in expensis debet procurare in eundo et redeundo. Si sententia in banno regio fuerit reprobata, tunc debet reprobari infra $\frac{1}{2}$ duas septimanas, quia scultetus bannum habet a comite et sculteciam a domino terre. Idemque vero habet burgra^a $\frac{1}{2}$ xviii ebdomadas. Si autem sub comitis banno fuerit reprobata, tunc debet reprobari infra duas septimanas, quia scultetus bannum habet a comite et sculteciam a domino terre. Idemque vero habet burgravius bannum a rege, et iudicium a domino terre.

^a skreślone przez autora podstawy

[hasła: Halle, wyrok, Magdeburg, odwołanie, apelacja, ławnik, świadek, sprzeciw, sędzia, sąd królewski, termin, sołtys, burgrabia, prawo]

[120] [k. 59rb] Nunc attendendum est, si in Maydeburg reprobaretur, quo aut ubi eam [k. 59va] querere vel invenire deberent. Ipsi se trahere debent in Scracaw, ultra Elbe, et ibi accipiunt quatuor seniores viros, quos ibi poterint invenire. Hoc idcirco, quia diucius stetit, quam Maydeburg, et .s. cesar Octo a tempore diuturno ex eo constituit ducatum, et omnes uno eodem iure sunt constricti. Tunc trahunt cum eisdem quatuor senioribus, quos de Scracaw afferebant et redeunt^a in Maydeburg ante pallaciam ad curiam, que imperatoris Ottonis Ruffi fuerat, qui pallaciam ipsis formaverat, in fine summi, ut in premissis patebit et in sub sequentibus patet, quia continue pro una sententia reprobata ad Imperium se trahere non potuerunt.

^a w rkp. redent

[hasła: Magdeburg, apelacja, odwołanie, Łaba, Schartau, starszy, cesarz, Otto Rudy, wyrok]

[121] [k. 59vb] Nunc attendatis de pallacia, per quem modum ipse pallaciam fecit, recipere eosdem quatuor seniores de Scracaw, et quatuor canonicos, qui habent prelaturas in summo: primus prepositus, secundus decanus, tercius episcopi vicarius, quartus cellarius. Insuper recipit innatos ministeriales ecclesie maioris in Maydeburg: unus fuit marschalcus, secundus dapifer, tercius pincerna, quartus camerarius. Insuper recepit xi scabinos de civitate et scultetum duodecimum. Insuper recepit tres duces laicos, qui primi sunt in eleccione imperiali, et quartus, quem accepit supremus, fuit

advocatus ecclesie maioris Maydeburg, hoc burgravius. Tunc imperator recepit hos xx octo^a viros prenominatos et super sedes eos locavit pallacie, et dedit eis potestatem ex sui parte, quecumque sententia in Maydeburg diffiniri [k. 60ra = XXXIIII] non posset, aut reprobaretur, hec ibi deberet recipi, et quidquid ibi daretur rite hoc et racionabiliter pro iure municipali deberet teneri.

^a w rkp. viii^o

[hasła: palacja, cesarz, Schartau, kanonik, prepozyt, dziekan, zastępca biskupa, szafarz, prałatura, baron, Magdeburg, marszałek, stolnik, cześnik, podczasz, szambelan, ławnik, burgrabia, kościół, prawo miejskie, odwołanie, apelacja, wyrok]

[122] [k. 60rb] Et cum sententia ante pallaciam fuerit data, tunc debet dari in signum xx octo^a viris, cuilibet unum solidum aureum, et quivis solidus debet vii valere solidos talis pecunie aut talium denariorum, cum quibus ibidem consuetudo fuerit forisandi. Tunc hiis quattuor dantur quatuor marce auree, et quevis [s] marca vii debet argenteas valere. Hoc dare tenetur hiis x octo^a. Hoc illi dare tenentur, quibus sententia ad profectum fuerit inventa et diffinita. Sed qui in sententia defecerit solvere debet expensas. Si autem ille in sententia defecerit, qui eam reprobavit, extunc magis solvere tenetur quam ille, cui sententia data fuit ad profectum.

^a w rkp. viii^o; ^b w rkp. iii^o

[hasła: palacja, wyrok]

[123] Nunc attendatis, quantum plus dare oportet. Ipse dare tenetur scabino illi suam emendam, cuius sententiam reprobavit, quam invenit, si iuste fuerat diffinita, et iudici suam penam. Si autem ante consensum aliorum scabinorum fuerit reprobata, tunc cuilibet scabino datur emenda et iudici tociens sua pena. Si autem ipsa in Hallis reprobata fuerit et Maydeburg invenitur, et pariter ibidem reprobabitur, extunc ambe dabuntur emende et pene in Maydeburg et Hallis, hoc facit rex Octo taliter pro eo, quod municipale ius staret, sicut ab antiquo tempore hucusque stetit, et ibidem fecit ducatum trans Elbiam.

[hasła: ławnik, zadośćuczynienie, wyrok, apelacja, odwołanie, kara sądowa, mulkta, zgoda, Otto Rudy]

[124] [k. 60vb] Nunc dicere volo vobis de pallatia, quomodo quando illa debeat convenire, et diffinire volo pro rebus istis, ut in precedentibus est predictum.

[hasła: palacja]

[125] [k. 161ra] Scultetus de Maydeburg debet recipere litteram civitatis cum sigillo ipsius pendente. Hanc litteram debet mittere supremo advocato maioris ecclesie, hoc

est burgravius in Maydeburg, ad quam suam propriam litteram sigillatam debet recipere, eapropter ipse est advocatus. Et ad hoc debet recipere litteram episcopi cum suo sigillo, et etiam ad hoc debet recipere litteram regis, et suum sigillum appendens, si ipsum habere possit in Tewtunico. Has quinque litteras debet recipere burgravius de Maydeburg. Et eas primo debet mittere duci Saxonie cum hiis, qui cum sententia traxerunt, et cum scitu horum xx quattuor^a virorum, qui prius sunt nominati. Post hoc mittere debet margravio de Brandenburg. Tertio ipse mittere debet palatino Renensi. Hii tres primi duces laici sunt in electione imperiali, cum novus rex eligitur Thewtunica de terra.

^a w rkp. iiiior

[hasła: sołtys, Magdeburg, margrabia, palatyn reński, Brandenburg, dokument]

[126] Hic audire et intelligere potestis, quomodo hii omnes domini debent citari, qui in premissis sunt nominati. Ipsi ad pallatiam ire debent primo, secundo, tertio, semper ad sex ebdomas. Et si in tercia non comparuerit, extunc cittance hii tres laici duces mittunt. Tunc rege [s] de qualibet cittance tres marcas aureas demeretur, quelibet aurea xx marcas argenteas [k. 61va] debet valere. Et si preter hoc ultra sex septimanas comparuerit, se excusare coram rege, ubi ipse fuerit. Extunc omnia sententialiter ecclesie maiori vacabunt, que ad ea habebat et regi bannum vacabat, et post hoc proscribunt eum in regis illegalitate.

[hasła: pozew, palacja, burgrabia, sąd]

[127] Eodem modo sicut scultetus citat burgravium. [k. 61vb] Sic burgravius debet citare hos tres principes sub banno regio. Et si in tercia non comparuerint cittance, ut est predictum, extunc de qualibet cittance quivis eorum xviii^a aureas marcas regi demeretur. Etsi non eadem vice comparuerint iusticiam iurare et ius recipere, actamen illi sua sententia et ius suum dare debet ante pallatiam.

^bEt sic finis primi libri. ^{-b}

^a w rkp. viiio; ^{b-b} in rubrum

[hasła: sołtys, burgrabia, sąd, król, pozew]

[128]Nota. De latitudine ac longitudine mansi Franconici.¹

Ulnis sis septem fac virgam, iungito pugnum, bisenis latus ex hiis fiat tibi mansus, bis centum longis ac virgis septuaginta et Franconicus mansus perfectus sit ubi sensus. Virgas tibi quinque solum sibi iuger [k. 62ra] habebit, iugera tibi sena sunt in manso numerando etc.^a

<Iste liber est primus ^b>

^a skrót przypuszczalny; ^b na górnym marginesie ręką komentatora α

¹ dodatkowy artykuł o wielkości łanu frankońskiego, w całości czerwonym inkaustem

[hasła: łan frankoński]